Google

11. 5. 111

Digitized by Google

OBSERVATIONES
BOTANICAE

QUIBUS

PLANTAE INDIAE OCCIDENTALIS

ALIAEQUE

SYSTEMATIS VEGETABILIUM ED. XIV

ILLUSTRANTUR

EARUMQUE CHARACTERES PASSIM

EMENDANTUR

CUM TABULIS AENEIS

AUCTORE

OLAVO SWARTZ

M. D.

MUS. REG. SUEC. PRAEF. ACAD. CAESAR. NAT. CURIOS.
REGIAE HOLMIENS.

NEC NON SOCIET. LINNAEAN. LOND. ET PHYSIOGR.
LOND. GOTH. SODALI

ERLANGAE

Sumtu JO. JACOBI PALMII cIↄIↄcclxxxxi

BIBLIOTH. FLORENTINAE. PVB.

11.5.111

Digitized by Google

VIRO ILLUSTRI

AMPLISSIMO CELEBERRIMOQUE

IO. CHRISTIANO DAN. SCHREBER

M. D.

SEREN. MARGGR. BRAND. ONOLD. ET CULMB. CONS. AUL.

MED. BOT. HIST. NAT. ET OEC. P. P. O.
IN ACAD. ERLANG.

ACAD. IMP. NAT. CURIOS. ADJ. ACAD. REG. SCIENT.
HOLM. ET SOCIET. REG. PATRIOT. HOLM. BOHEM.
AGRIC. PARIS. BOT. FLORENT. PHYS. LUND. ET
BEROL. OEC. FLORENT. LIPS. PAT.
UDIN. SODAL.

HAS

OBSERVATIONES BOTANICAS

D.

O. SWARTZ.

PROOEMIUM.

Antequam in publicum edo plantarum deſcriptiones, quæ Floræ Indiæ Occidentalis illuſtrandæ & adaugendæ inſervient, haud abs re fore credidi, ſi in lucem protulero Obſervationes meas circa illa Occidentalis Indiæ vegetabilia, quæ jam dudum in Syſtema Vegetabilium relata inveniuntur.

Hæ obſervationes ſollicito ſtudio collectæ, atque ad Naturæ ductum inſtitutæ ſunt illis annis, quibus inter Tropicos verſari mihi contigit; & quum contineant haud ſpernendas emendationes earum, quas antea habuimus, deſcriptionum, haud dubito, quin Rei Herbariæ cultoribus gratæ ſint futuræ.

Incomparabilis Syſtematis Sexualis Auctor pleraque per Indiam Occidentalem creſcentium Herbarum genera determinavit e ſiccis ſpeciminibus, alio-

aliorum Botanicorum fide, atque iconibus, quas exactiſſimas rebatur. Hac ratione rem acu ſæpe tetigit; at interdum, humani aliquid paſſus, a veritate aberravit, id quod Illum permovit ad eas faciendas emendationes, quarum poſterius edita Ejus opera haud rara exhibent documenta.

Sunt hujus generis non pauca, quæ ad majorem, quoad fieri potuit, perfectionem adducere ſtudui. In ſingulis generibus & ſpeciebus, præſenti operi inſertis, Lectorem ablegandum volui ad ultimam Syſtematis Vegetabilium editionem, *quæ cura Ill.* Murrayi *Gottingæ A.* 1784 *prodiit; & in Synonymorum emendationibus ad* Syſtema Plantarum Reichardi.

Accuratius inſtitutis examinibus & ſcrutiniis perſuaſus, conjunxi plura nimis affinia genera; alia plenius definivi, quæ diverſitatem ſuam dilucide oſtendunt; & denique prius cognitorum genuinos characteres rectius certiusque conſtituiſſe mihi videor.

Differentias quoque ſpecierum emendare conatus ſum, ubi res ita poſtulabat, ut & illis appoſita ſynonyma, quæ meliora certo edoctus aut excluſi, tanquam eo non pertinentia, aut ad debita loca amandavi.

Hoc

Hoc eo majori cum accuratione perficere mihi datum fuit, quod naturam prius in conſilium adhibens, oculis deinde perluſtravi pretioſiſſimas, quæ in Muſeo Britannico Londini ſervantur, collectiones, factas a præſtantiſſimis Viris, SLOANE, PLUKENET, PETIVER *& pluribus aliis. Hoc ipſo mihi ſubminiſtrata fuit facultas corrigendi errores, quibus horum Auctorum deſcriptiones & figuræ anſam præbuerunt, dum eas cum ipſis Illorum collectionibus conferendi occaſio defuit.*

Felicem iſthunc commemoranti caſum, iterum gratiſſimo animo nuncupare mihi licet Illuſtrem Virum, tam de Hiſtoria Naturali, quam de Scientiis in univerſum, immortaliter promeritum, D. JOSEPHUM BANKS, *Baronetum, Reg. Soc. Londin. Præſidem. Præter hoc, Illo commendante, acceptum beneficium, admirandi Ejus Plantarum theſauri, qui, comparatis Linnæanis, majorem nacti ſunt perfectionem, haud parum contulere ad mea ſtabilienda ſcrutinia.*

Deſcriptiones ſine amplo verborum circuitu ſunt confectæ, eaque uſus ſum brevitate, quæ illis competere debet. Erit fortaſſe, qui unam alteramve ſupervacaneam duxerit; ſed vero is cogitet, velim, renovatis obſervationibus firmiorem obtineri certitudinem.

Ali-

Aliquæ cæteras inter occurrunt Plantæ, quæ non præciſe ad Floram Indiæ Occidentalis pertinent. Quum annotationes ad manus fuerint, illas adferre libuit.

Tandem figuras etiam, æneis inſculptas laminis, adjunxi, in loco Vegetabilium natali delineatas. Sunt illæ talium, quæ antehac aut omnino non, aut minus accurate ære expreſſa fuerunt.

Obſervationibus & ſociatis ſtudiis incrementa capiunt ſcientiæ: quumque nulla earum ſit, quæ majori animos perfundat voluptate, aut quæ magis conſpicuas mortalibus adferat utilitates, quam pulcherrima illa Hiſtoria Naturalis, futurum confido, ut ingenua mea in illius amplificationem navata opera, Scientiæ Amatoribus ſeſe approbatura ſit.

D. Holmiæ, d. X. Febr.
1791.

AMO-

AMOMVM. S. V. 50.

Character eſſentialis.

Cal. 3-fidus, inæqualis, cylindricus. *Cor.* 3-partita, inæqualis, patens. *Nectarium* 2-labiatum, erectiuſculum.

Character naturalis.

Infloreſcentia ſpicata in ſcapo diſtincto.

CAL. *Perianthium* monophyllum, cylindraceum, inæqualiter 3-fidum.

COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus. *Limbus* 3-partitus: *laciniis* oblongis, patentibus.

Nectarium 2-phyllum l. 2-labiatum. *Labium inferius* ſub lacinia ſuperiore corollæ inſertum, patens, erectiuſculum, integrum l. 3-lobum.

STAM. *Filamentum* nullum, ſed *Labium ſup.* nectarii, inferiori oppoſitum & minus, apice acuminatum l. 3-lobum, cui medio l. apice longitudinaliter adnata *Anthera* magna, oblonga, geminata l. ſulco longitudinali in duas diviſa univalves.

PIST. *Germen* inferum, oblongum. *Stylus* filiformis, per ſuturam antheræ ductus. *Stigma* turbinatum, obtuſum, ciliatum.

A PER.

PER. *Capſula* carnoſa, ovata, 3-gona, 3-locularis, 3-valvis.

SEM. plura, *arillo* ſubbaccato induta.

AMOMUM *Zingiber*, ſcapo mediocri, ſpica ovata, foliis lineari-lanceolatis.

Figura Jacq. hort. t. 74. optima.

DESCR. *Caules* folioſi, ſcapis longiores.

Folia enſiformia, acuminata, plana, integra, glaberrima. *Petioli* breviſſimi, vaginantes.

Scapus pedalis, erectus, vaginis tectus.

Spica terminalis, ſubrotunda, obtuſa, *bracteis* ovato-ſubrotundis, obtuſis, concavis, imbricatis, glabris, membranaceis compoſita. *Flores* 1-3 inter unamquamque bracteam. *Spatha* minuta, membranacea, pellucida, tubum floris involvens.

Per. monophyllum, cylindricum, tenue, pellucidum, inæqualiter 3-fidum.

Corolla infundibuliformis, flaveſcens. *Tubus* calyce duplo longior. *Limbus* 3-partitus: *laciniis* oblongis, lanceolatis, revolutis: ſuperiore latiore. *Nectarium* diphyllum: lacinia inferiore fauci corollæ ſub lacinia latiore inſerta, baſi luteſcente, ſuperne purpurea maculis flavis; 3-loba: *lobo medio* patente, ovato, petalis vix breviore; *lateralibus* oblongis, obtuſis.

Filamentum nullum, ſed *lacinia ſuperior* nectarii ſinu faucis corollæ inter margines baſeos laciniæ inf. inſerta, ſupra antheram proceſſu conico terminata, intus ſulco pro ſtylo exarata. *Anthera* magna, alba, introrſum lac. ſup. nect. adnata, longitudinaliter bipartita, ut quaſi *gemina*.

Germen ovatum. *Stylus* filiformis, per antheræ & proceſſus fiſſuram ductus. *Stigma* turbinatum, ciliatum.

Capſu-

Capſula carnoſa . . . .

Prope baſin ſtyli 2 videntur corpuſcula ſubulata, erecta, minuta, albida.

Sponte provenit in *Indiæ occidentalis* locis, ubi antea culta fuit.

COSTUS. S.V. 51.

Character eſſentialis.

Cal. 3-fidus, gibbus. *Cor.* 3-partita, ringens. *Nectarium* 2-labiatum: *Labio inferiore* maximo 3-lobo.

Character naturalis.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, gibbum, 3-fidum. *Laciniæ* ſubæquales.

COR. monopetala, infundibuliformis, ſubringens. *Tubus* brevis, cylindraceus. *Limbus* 3-partitus: *laciniis* ſubæqualibus, oblongis, obtuſis, concavis; *ſuperiore* latiuſcula.

Nectarium monophyllum, tubo corollæ connatum, 2-labiatum. *Labium inferius* amplum, corolla duplo longius, patens, undulatum, leviter 3-lobum. *L. ſuperius* oblongo-lanceolatum l. retuſum, corolla longius, erectum, antheriferum.

STAM. *Filamentum* nullum. *Anthera* labio ſup. nectarii in medio adnata, oblonga, magna, longitudinaliter 2-partita.

Pist. *Germen* inferum, ovatum. *Stylus* filiformis, ſuturæ antheræ incumbens. *Stigma* capitatum, dilatatum.

Per. *Capſula* obſolete] 3-gona, calyce coronata, 3-locularis, 3-valvis.

Sem. numeroſa, angulata, nidulantia.

Obs. Hic character a *C. arabico* & *duobus novis* concinnatus eſt. Genus *Amomo* proximum, habitu & infloreſcentia. *Tubus* vero corollæ gibbus. *Labium nect. inf.* maximum, 3-lobum, propendens; *ſuperius*, cui anthera inſidet, majus, magisque latum quam in reliquis.

COSTUS *arabicus*, foliis ſubtus ſericeis. S. V. 51. Reich. ſyſt. pl. 1. 3.

C. arabicus. Jacq. coll. vol. I. tab. 1.

Eſt planta Indiæ orientalis.

Obs. *Exclude* Hort. cliff. & Mer. ſur. 36., quæ ad *C. glabratum* pertinent.

Item ſynonymon Jaqu. am. 1. tab. 1. quod alius eſt ſpeciei. Vid. *C. ſpicatum.*

Item Sloanei, quod ad *Amomum ſylveſtre* amandandum.

Item Brownei, quod eſt *Alpiniæ occidentalis.* Vid. Sw. prodr. p. 11.

ALPINIA. S. V. 51.

Character eſſentialis.

Cal. 3-dentatus, æqualis, tubuloſus. *Cor.* 3-partita, æqualis. *Nectarium* 2-labiatum: *labio inferiore* patente.

Char.

Char. naturalis.

Inflorescentia racemoſa.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, 3-dentatum: *laciniis* æqualibus, erectis, acutis.

COR. monopetala, tubuloſa. *Tubus* cylindraceus, brevis. *Limbus* 3-partitus: *laciniis* ſubæqualibus, oblongis.

Nectarium tubo corollæ connatum, 2-partitum. *Lacinia* (lab. inf.) *inferior* laciniis corollæ major & longior, latiuſcula, patens, ſæpe diviſa.

STAM. *Filamentum* proprium nullum, ſed lacinia ſuperior (lab. ſup.) nectarii planiuſcula, longitudine corollæ, cui longitudinaliter adnata *Anthera* magna, profunde bipartita l. integra.

PIST. *Germen* inferum, oblongum. *Stylus* filiformis, fiſſuræ antheræ ſæpe inſertus. *Stigma* incraſſatum, obtuſum.

PER. *Capſula* ovalis, 3-locularis, 3-valvis, calyce perſiſtente coronata.

SEM. nonnulla, ovata, angulata, *arillo* ſubbaccato tecta.

OBS. Genus nonniſi habitu & inflorescentia a præcedentibus diverſum.

ALPINIA *racemoſa*, racemo terminali ſpicato, floribus alternis, nectarii labio

trifido; foliis oblongis acuminatis. Sp. pl. 1. 4.

A. racemoſa, floribus racemoſis. S. V. 51.

A. jamaicenſis. Gærtner de fruct. Tab. XII.

Descr. *Radix* carnoſa, ramoſa, odore & ſapore Zingiberis.

Caulis 2-5-pedalis, herbaceus, teres, glaber, folioſus.

Folia baſi vaginantia, alterna, lanceolato-ovata, acuminata, lævia, integerrima, nervoſa: nervis transverſis.

Racemus terminalis, erectus, coloratus, nitens. *Bracteæ* alternæ, lanceolatæ, acuminatæ, longitudine fere florum, ſanguineæ. *Flores* breviſſime pedunculati, unus alterve inter bracteas ſingulas.

Cal. ſubcampanulatus, 3-dentatus, ruber: *dentes* obſoleti, truncati.

Cor. tripartita, alba. *Tubus* calyce longior. *Laciniæ* ſubæquales, ovatæ, erectæ. *Nectarium* bilabiatum, corolla longius, tubo corollæ infertum, baſi ventricoſum: *Labio inferiore* latiore, apice convexo, tripartito: intermedia emarginata.

Filamentum l. lab. ſup. nect. breve, labio inferiore involutum, denticulo ad latera amplectens. *Anthera* apice adnata, oblonga, bipartita.

Germen 3-gonum. *Stylus* filiformis, parte ſuperiore in anthera canaliculata reconditus. *Stigma* ſubcapitatum, emarginatum.

Capſula infera, rotunda, obtuſe 3-gona.

Semina plura, ſubrotunda, nitida.

Habitat in ſilvis depreſſis ſubmontanis Indiæ occidentalis.

Obs. *Icon Plumieri (t. 20.)* aliena videtur, ſed nuper deſcripta, planta *Linnei* eſt & Amomum Alpinia *Rottboell.*

ALPI-

ALPINIA *ſpicata* Jacq. S. V. 51. 2.

Obs. *Eſt* Costus *ſpicatus.* Prodr. p. 11. Infloreſcentia & corolla eadem cum *C. Arabico L.*

MARANTA. S. V. 51.

Charact. eſſentialis.

Cal. 3-phyllus. *Cor.* 3-fida. *Nectarium* 3-partium: *lacinia* tertia ſuperiore latere antherifera.

Charact. naturalis.

Cal. *Perianthium* 3-phyllum, ſuperum. *Foliola* lanceolata, tubo corollæ longiora, contigua.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, compreſſus, obliquus, gibbus. *Limbus* 3-fidus. *Laciniæ* æquales, lanceolato-ovatæ; quarum unica infima, binæ laterales.

Nectarium 3-partitum, tubo corollæ connatum. *Laciniæ duæ inferiores* oblongæ, laterales, majores, labium inf. repræſentantes; *tertia ſuperior* exterioribus major, fornicata, filamenti vices præbens.

Stam. *Filamentum* nullum. *Anthera* lacinia ſuperiore nectarii margine adnata, linearis.

Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* ſimplex, longitudine corollæ, medio curvus. *Stigma* obſolete trigonum, inflexum.

PER. *Capſula* ſubrotunda, obſolete 3-gona - -

SEM. - - -

OBS. *Lacinula* ovata, intus ad baſin nectarii inferne adnata.

MARANTA *arundinacea.*

Maranta petiolis ganglionoſis. Brown. jam. 112.

Canna indica radice alba alexipharmaca. Sloan. j. 22. h. 1. p. 253. t. 149. f. 2.

Canna indica anguſtifolia &c. Pluk. alm. 79.

Culta in India occidentali.

Anglis vulgo ARROW-ROOT. Apud Indianos in uſu eſſe fertur, contuſa videlicet vulneribus ex ſagittis venenatis admota. Incolæ Indiæ occidentalis ex radice in aqua macerata & elota, amylum parant præſtantiſſimum. Hoc, lacte coctum, alimentum optimum teneris infantibus præbet, Salepis inſtar gelatinoſum.

MARANTA *Galanga.*

OBS. *Alpiniæ* forte ſpecies: cfr. fig. Rumph. amb. 5. t. 63. f. 6.

CURCUMA. S. V. 51.

CURCUMA *longa.* S. V. p. 51.

OBS. *Excludatur;* eadem cum *Amomo Curcuma* planta, quæ a cæteris *Amomis* optime diſtinguitur:

a. *Labio nectarii ſuperiore 3-partito: lacinia media antherifera.*

b. *Anthera ſubquadrata, baſi 2-calcarata.*

Kua. Rheed. mal. II. tab. 7. hujus videtur.

THA-

THALIA. S. V. 51.

HALIA *geniculata.* S. V. p. 51. S. pl. 1. 6.

Excludi debent ſynonyma *Brownei*, *Sloanei*, *Raji*, *Plukenetii* & *Bauhini*, quæ ad *Marantam arundinaceam* pertinent.

Obs. *Genus* adhuc valde obſcurum, *Linneo* non viſum, ejusque character genericus & eſſentialis a ſola figura *Plumieri* concinnatus.

Thalia Rottboelli (Coll. hafn. 2. p. 249. f. 2.) forte diſtincta planta, *Thaliæ cannæformi Forſteri* valde affinis.

Observationes.

Scitaminearum genera adeo affinia, ut characteribus vix diſtingui queant.

In omnibus fere Scitamineis *Anthera* magis minusve partita, ut quaſi duplex interdum inveniatur, ut in *A. Zingibere*; l. ſemipartita, ut in *A. ſilveſtri* (prod.) l. baſi tantum bifida pro inſertione ſtigmatis, ut in *Alpinia occidentali* (prodr.) &c.

Lacinia cui Anthera adfixa l. inſerta, improprie filamentum dicitur, ſed vices ejusdem præbet, labiumque ſuperius nectarii appellari debet.

Monandriæ Claſſi jure adnumerantur *Amoma*, &c. licet in quibusdam quaſi Antheræ duæ adſint, quarum tamen partes univalves ſint, nec bivalves ut in Globba, quæ vere *diandra* filamentis antherisque liberis prædita.

BOERHAAVIA. S. V. 52.

Observationes.

Genus potius ad *Diandriam* referri debet, plurimæ enim ſpecies *diandræ*, rariſſime filamento unico gaudent.

Descr. *Radix* ſimplex, filiformis, fibrilloſa.

Caulis herbaceus, decumbens, adſcendens, ramoſus, teres, pubeſcens. *Rami* horizontaliter divergentes.

Folia ſubcordato-ovata, obtuſa, ſuperiora oblonga, margine ſubrepanda, ſubciliata, mollia, ſucculenta, ſuperne viridia, ſubtus argenteo-albida, nitentia. *Petioli* glabri.

Paniculæ terminales, 2-3-chotomæ, diffuſæ, *pedicellis* ultimis filiformibus, 3-floris. *Flores* minutiſſimi, ſanguinei.

Corollæ 5-gonæ, limbo plicato integro.

Filamenta 2, rariſſime ſolitaria, altero longiore. *Antheræ* globoſæ, didymæ, fuſcæ.

Germen 5-angulatum, ſubciliatum: *Stigma* capitatum, depreſſum, coccineum.

Semen obconicum, retuſum, 5-angulare, nudum.

Habitat c. præc. in ruderatis Indiæ occidentalis. ⊙

BOERHAAVIA *hirſuta*, foliis ovatis repandis, caule diffuſo pubeſcente; fructibus clavatis ſulcatis ciliatis. S. V. 52. 3.

Descr. *Caulis* ut in præc. ſed minor & hirſutus.

Folia ovata, obtuſe angulata, ſubrepanda, margine ciliata, ſuperne glabra, inferne piloſa, albeſcentia; nervis ſubtus ciliatis.

Paniculæ terminales: pedunculi laterales oppoſiti, ſolitarii, ſubdiviſi; *ultimi* floribus congeſtis (5—6.) terminalibus, ſubſeſſilibus; *corollis* ſanguineis, minutiſſimis.

Filamenta 2. *Antheræ* albidæ.

Germen ciliatum. *Stigma* ſanguineum.

Semen 6-angulatum, ciliatum; *ciliis* glutinoſis.

Habitat in ſiccis & arenoſis Jamaicæ.

Obs.

Obs. Vix ſatis a præc. diverſa; differentia forte a ſolo orta; illa plerumque in cultis, hæc in ſterilibus provenit.

BOERHAAVIA *ſcandens*, foliis cordatis ſubrepandis, caule glabro ſcandente, floribus umbellatis verticillatisque, fructibus clavatis, apice tuberculatis. S. V. 52. 4.

Descr. *Caulis* ſuffrutescens, ſuperne herbaceus, teres, glaber & incanus, declinatus l. ſcandens, ramoſiſſimus.

Folia cordata, repanda, diametro ſesquiunciali & ultra, acuta & obtuſa, ſucculenta, glaberrima.

Pedunculi axillares & terminales, adſcendentes, floribus ſubverticillatis, umbellatisque.

Corollæ virides, limbo 5-fido: laciniis obtuſis.

Filamenta 2. *Antheræ* didymæ.

Stigma capitatum.

Fructus cylindraceo-clavatus, circa medium & apice tuberculis muricatus, mediis obſoletioribus.

Habitat in ſaxoſis maritimis Jamaicæ aliarumque Inſ. Indiæ occidentalis.

Observationes.

Omnes Species *Boerhaaviæ* Perianthio inſtructæ, (cui corolla inſidet,) angulato, ore integro, perſiſtente, poſt floreſcentiam ſeſe claudente, cruſtamque ſemini præbente.

Annulus nectariferus, minutiſſimus, ſubinde denticulatus baſin germinis cingit.

JUSTICIA. S. V. 61.

JUSTICIA *ſpinoſa*, fruticoſa, ramis virgatis, ſpinis axillaribus, pedunculis lateralibus. S. V. 62. 8.

Juſt.

Juſticia. Reliqu. Houſton.

DESCR. *Frutex* ramoſiſſimus, 4-5-pedalis; *ramis* virgatis longiſſimis, divergentibus.

Folia oppoſita, faſciculata, minora, ovata l. rotundata, emarginata, convexa, glabra. rigida.

Spinæ axillares, ſupra-foliaceæ, patulæ. aſſurgentes, mediocres.

Flores pedunculati, laterales, oppoſiti, albo-cærulei, majuſculi.

Calyx 5-partitus: *laciniis* ſubæqualibus, acutis.

Corolla tubo gibbo; *limbo* 2-labiato: *labio ſup.* 2-fido, erecto; *inf.* 3-fido, reflexo.

Filamenta ſub lab. ſup. 2. *Antheræ* ſimplices.

Germen ovatum. *Stylus* filiformis. *Stigma* 2-fidum.

Capſula oblonga, gibba, compreſſa, baſi attenuata, elaſtice diſſiliens.

Incolit loca calcaria maritima Americæ meridionalis.

JUSTICIA *aſſurgens.* S. V. 63. 25.

Flori cardinalis ſive Rapuntio affinis anomala, caule quadrato, flore coccineo, capſula pyramidata. Sloan. cat. 59. hiſt. 159.

OBS. *Nimium affinis* Juſticiæ ſexangulari.

DIANTHERA. S. V. 63.

OBSERVATIONES.

Character hujus generis ex *Antheris* in ſingulo ſtamine binis aſſumtus, a *Juſticiæ* minime diſcrepat, cui in diverſis ſpeciebus *Antheræ duæ*, ſitusque in ſtaminibus diverſus, *Antheris ſimplicibus, alternis & parallelis.*

Habitu, ſtatione, tempore &c. *Dianthera* quidem a *Juſticia* quodammodo differt, charactere vero floris

floris eſſentiali omnino convenit, ideoque inter *Juſticias* collocanda.

JUSTICIA (Dianthera L.) *comata*, foliis lanceolatis acutis ſubſeſſilibus, ſpicis filiformibus verticillatis umbellatisque.

Dianthera comata. S. V. 63.

Descr. *Radices* filiformes, albidæ, faſciculatæ.

Caulis herbaceus, pedalis, ſubramoſus, erectiuſculus, angulatus, geniculatus, glaber: geniculis tumidis.

Folia ſubſeſſilia, decuſſata, oppoſita, lanceolata, acuta, baſi attenuata, glabra, nervoſa. *Petioli* breviſſimi.

Pedunculi axillares, filiformes, terminati ſpicis filiformibus & umbellatis; *floribus* ſecundis, minutis. pallide cæruleis.

Bracteæ minutæ ſub floribus.

Calyx 5-partitus: laciniis linearibus, perſiſtentibus.

Corolla ringens 2-labiata. *Labium ſup.* ſemifornicatum; *infer.* 3-fidum, patens, punctis minutiſſimis ſanguineis duplici ordine in fauce.

Filamenta 2 ſub fornice faucis. *Antheræ* 2, alternæ, nigræ.

Germen ovatum. *Stylus* brevis. *Stigma* ſimplex, inflexum.

Capſula ovata, baſi attenuata, 2-locularis, elaſtice rumpens.

Semina 4 rotunda, compreſſa.

Incolit aquoſa & humida Jamaicæ; *vere florens.*

JUSTICIA *pectoralis*, foliis lanceolato-linearibus, ſpicis terminalibus ſubpaniculatis, caule herbaceo adſcendente. Dianthera pectoralis. S. V. 64. 4.

Juſti-

Juſticia pectoralis. Jacq. amer. Swartz. prod. 13.

Obs. *Cæteræ ſpecies*, Diantheræ *nomine inſignitæ*, *pari modo ad* Juſticias *referendæ ſunt.*

GRATIOLA. S. V. 68.

GRATIOLA *Monnieria*, foliis oblongis integris, pedunculis unifloris foliis longioribus, caule declinato. S. V. 64. 2.

Descr. *Radix* geniculata, repens, fibrilloſa.

Caulis herbaceus, ſimpliciuſculus, teres, folioſus, glaber, erectiuſculus, inferne declinatus.

Folia ſubſeſſilia, oppoſita, oblonga l. obovata, integra, glabra, enervia, ſubſucculenta.

Pedunculi foliis longiores, filiformes, ſolitarii, axillares, uniflori, *floribus* cæruleſcentibus.

Cal. 7-phyllus: *Foliola 3 exteriora* ſubcordata, acuminata, conniventia; *2 interiora* linearia, acuta, pallida; *(corolla decidente germen amplectentia)* *2 extima* inferiora, lanceolata, patentia.

Corolla ſubcampanulata, paullum compreſſa, 5-fida: *laciniis* ſubæqualibus; *ſup.* 3 ovatis, patulis; *infer.* 2 conniventibus, ſubdeflexis.

Filamenta 4: 2 dimidio breviora. *Antheræ* ovatæ, cæruleæ. *Germen* ovatum, acutum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* capitatum.

Capſula 2-locularis, ovata, acuta, compreſſa, polyſperma.

Semina minuta, nigra.

Habitat in aquoſis Antillarum.

VER-

VERBENA. S. V. 66.

VERBENA *jamaicenſis.* S. V. *66.* 3.

V. procumbens, ramoſa, foliis majoribus, ſpicis longiſſimis lateralibus. Brown. jam. 116. 1.

VERBENA *priſmatica.* S. V. *66.* 4.

V. erecta, diviſa, ſpicis e divaricationibus ſupremis aſſurgentibus. Brown. jam. 116. 2.

VERBENA *lappulacea.* S. V. *66. 6.*

V. foliis cordato-ovatis, floribus ſpicatis, calycibus inflatis, ſeminibus echinatis. Brown. 116. 5.

Descr. *Caulis* herbaceus, pedalis, erectus, ſubramoſus, fragilis, 4 angularis, ad baſin petiolorum contractior, ſtriatus, pubeſcens.

Folia petiolata, decuſſato-oppoſita, ovata, acuta, ferrata, nervoſa, hiſpida.

Petioli tetragoni, pubeſcentes.

Racemi longi, laxi, floribus ſparſis ſecundis albocæruleis, *pedicellis* brevibus; *bracteolis* minutis ſub pedicellis.

Calyx tubulatus, æqualis, 5-dentatus, perſiſtens, hiſpidus.

Corolla ſubæqualis. *Tubus* cylindraceus, calyce duplo longior. *Limbus* æqualis, 5-fidus: *laciniis* acutis, 3 ſuperioribus parum diſtinctis; 2 inferioribus.

Filamenta 4, tubo affixa: 2 breviora. *Antheræ* ſimplices.

Germen ovatum. *Stylus* brevis. *Stigma* globoſum.

Capſula 4-gona, angulis 4 ſpinoſa, baſi ovata, 2-partibilis, 4-locularis, calyce inflato tecta.

Semina 4 oblonga.

Incolit ruderata & lapidoſa Indiæ occidentalis.

VERBE-

VERBENA *Curaſſavica.* S. V. 66. 7.

Obs. Habitus & fructus a *Verbenis* ſeparare jubent plantam valde ſingularem, quæ ſpecies eſt Ghiniæ *Gen. pl.* Schreb. *p. 19. l.* Tamoneæ *Aubl. & prodr. Sw. 94.*

VERBENA *Stœchadifolia.* S. V. 66. 8.

V. ſuffruticoſa, reclinata, foliis anguſtis ſerrato-dentatis, pediculis longis ſolitariis, floribus conglobatis. Brown. jam. 116. 4. Tab. 3. f. 2.

VERBENA *nodiflora.* S. V. 66. 10.

V. nodiflora, repens, foliis obovatis, ſuperne crenatis, pedunculis longis ſolitariis, floribus conglobatis. Brown. jam. 116. 3.

Descr. *Radices* ſimplices, filiformes.

Caulis herbaceus, reptans, adſcendens, 3-pollicaris ad pedalem, ſubdiviſus, teretiuſculus, lineatus, glaber.

Folia decuſſato-oppoſita, breviter petiolata, cuneata obovata, ſerrato-dentata, nervoſa, craſſiuſcula, utrinque glabra, ſubtus poris notata.

Pedunculi ſolitarii, terminales, erecti, angulati.

Spica terminalis, ſubrotunda, floribus albis, minutis; *bracteis* flores ſeparantibus, ſeſſilibus, imbricatis, quadratis, acuminatis, concavis, coloratis.

Calyx compreſſiuſculus, 2-dentatus: *dentibus* erectis, carinatis, dorſo ciliatis.

Corolla inæqualis. *Tubus* calyce longior, cylindraceus, vix incurvatus. *Limbus* patens, ſub-5fidus: *lacinia ſuperior* emarginata, ſuberecta, brevior; *anteriores* æquales, patentes; *intermedia* 3-crenata.

Filamenta 4. breviſſima, ſummo tubo affixa: duæ poſteriores breviores. *Antheræ* didymæ, luteæ.

B Ger-

Germen 2-ſulcum. *Stylus* brevis, craſſus. *Stigma* ſubcapitatum, viride.

Semina 2. ſubrotunda, hinc planiora, membrana tecta capſula quaſi tenuiſſima.

Habitat in graminoſis maritimis Indiæ occidentalis, *nec non* orientalis *&* Americæ borealis.

SALVIA. S. V. 68.

SALVIA *dominica.* S. V. 70. 18.

Obs. Vix ſatis a *S. ſerotina* diſtincta. Specimen ex Herb. *Linnei* ſuſpicionem præbet. *Tab. I. f.* 1.

Descr. *Caulis* (verſus radicem) ſuffruticoſus, erectus, ſubdiviſus, 4-angularis, ſtriatus, pubeſcens; *ramis* patentibus, 4-gonis.

Folia petiolata, cordata, acuminata, baſi obtuſe angulata, crenato-dentata, rugoſa, ſupra hiſpida, inferne ſubhirſuta. *Petioli* tetragoni, pubeſcentes.

Flores terminales, verticillati, pedunculati, cærulei.

Verticilli ſexflori, remoti; *bracteæ* minutæ lineares, ſub verticillis.

Calyx tubulatus, paulium gibbus, ſtriatus, compreſſus, piloſus, *ore* 2-labiato: *inferiore* 2-dentato, *ſuperiore* integro, erecto.

Pili glandulis cæruleis minutiſſimis terminati.

Corolla inæqualis, 2-labiata. *Labium ſup.* breve, emarginatum; *inf.* longius, 3-fidum; *intermedia* emarginata, medio ad fundum tubi albida.

Filamenta 2 pedicellis transverſis.

Stylus lab. ſup. longior: *Stigma* 2-fidum.

Semina 4, oblonga, nuda, nigro-nitida.

Prove-

Provenit ubique in campis & fruticetis Indiæ occidentalis.

PIPER. S. V. 74.

PIPER *Amalago.* S. V. 74. 4.

P. fruteſcens, diffuſum, ramis flexilibus geniculatis, foliis ovatis 5-nerviis, ad petiolos leviter revolutis. Brown. jam. 121. 1.

Descr. *Frutex* 3-10-pedalis, ramoſus.

Caulis lævis; *ramis* dichotomis. geniculatis, ſubdiviſis, teretibus, fuſco-viridibus.

Folia petiolata, alterna, ovata, acuminata, nec obliqua, 5-nervia, nervoſo-venoſa, tenuiora, læte virentia, glabra, ſubtus pallidiora. *Petioli* teretes, glabri. *Genicula* tumida.

Spicæ pedunculatæ, oppoſitifoliæ, filiformes, laxæ, multiflora. *Flores* conferti.

Cal. Cor. Fil. o.

Antheræ 2-4, germinis baſi adſidentes, cordato-ovatæ, ſeſſiles, 2-loculares.

Germen ovatum. *Stylus* o. *Stigmata* 3. oblonga, ſeſſilia.

Bacca ſeſſilis, 1-ſperma, magnitud. dupla ſeminis Cannabis, matura nigra, leniter ſapore pungens.

Vulgare in fruticetis montoſis Jamaicæ & Hiſpaniolæ.

Incolis ſuccedaneum Piperis nigri.

PIPER *reticulatum* (S. V. 74. 8.) foliis cordatis rotundatis acuminatis, novemnerviis, reticulatis.

Descr. *Frutex* orgyialis & ultra.

Caulis ramoſus, teres, erectus, lævis. *Rami* ſubgeniculati.

Folia petiolata, alterna, magna, cordato-rotundata, acuminata, 9-nervia, reticulato-nervoſa, glabra.

Petioli vaginantes, glabri, ſtriati.

Spicæ longæ, pedunculatæ, foliis oppoſitæ, teretes, erectæ. *Pedunculi* petiolis breviores.

Stamina & Piſtilla ſpiraliter ſpicæ inſerta.

Filamenta vix ulla. *Antheræ* duæ, ſubſeſſiles, transverſaliter ſuperne ſe aperientes.

Germina ſub antheris. *Styli* 3. craſſiuſculi. *Stigmata* obtuſa.

Habitat in fruticetis Hiſpaniolæ. *Junio florens.*

PIPER *aduncum.* S. V. 74. 9.

P. fruteſcens, diffuſum, flexile, foliis ovatis, venis plurimis obliquo arcuatis refertis. Brown. jam. 121. 3.

PIPER *acuminatum*, herbaceum, foliis lanceolato-ovatis nervoſis carnoſis, caule erectiuſculo. S. V. 74. 11.

PIPER *rotundifolium*, herbaceum, foliis ſubrotundis planis carnoſis; — caule filiformi repente. S. V. 74. 17.

Saururus minimus repens, foliis orbiculatis tumentibus. Brown. 203. 6.

DESCR. Radiculæ undique ex caulibus exſertæ, capillares, breves.

Caules herbacei, filiformes, repentes, longiſſimi, ſubdiviſi, teretes, ſucculenti.

Folia

Folia petiolata, *inferiora* orbiculata, integra, minuta, plana, glabra, ſubſucculenta, margine pubeſcentia, inferne maculis rubris guttata; *ſuperiora l. terminalia*, oblongiuſcula, utrinque glabra.

Spicæ terminales, breviter pedunculatæ, teretes, ſolitariæ, parvæ.

Incolit truncos muſcoſos l. lapides muſcis tectos Jamaicæ montoſæ.

PIPER *peltatum*. S. V. 74. 19.

Saururus foliis amplis orbiculato-cordatis peltatis, petiolis vaginantibus. Brown. jam. 203. 2.

PIPER *diſtachyon*, foliis ovatis acuminatis, ſpicis conjugatis, caule radicante. S. V. 74. 20.

Descr. *Caulis* 2-3-pedalis, ſcandens, radicans, ſubdiviſus, compreſſiuſculus, glaber, maculis l. punctis rufis notatus, ſucculentus.

Folia petiolata, ovata, acumine longiori, integra, glaberrima, nec carnoſa, 3-nervia, ſubtus pallidiora. *Petioli* longiſſimi, vaginulis baſi cauli inſerti.

Pedunculi terminales axillaresve bipartiti: *ſpicis* erectis linearibus.

Stam. & Piſt. ſpicæ ſpiræ in modum inſerta.

Habitat in montibus Jamaicæ & Hiſpaniolæ.

PIPER *umbellatum*, foliis cordatis ſubrotundis acutis venoſis, ſpicis umbellatis, caule erecto. S. V. 74. 21.

P. longum, racemoſum malvaceum. Sloan. hiſt. 136.

Saururus foliis amplis orbiculato - cordatis, ſinu aperto, petiolis vaginantibus. Brown. jam. 203. 1.

Descr. *Caulis* herbaceus, 1-2-pedalis, erectus, teres, ſimplex, geniculatus, incanus.

Folia terminalia, petiolata, diſtantia, patentia, cordato-ſubrotunda cum brevi acumine, integra, nervoſo-venoſa, rugoſa, ſubtus hirſutiuſcula. *Lobi* baſeos antice connïventes. *Nervi* radiati a petiolo in medio folii fere ſito.

Petioli longi, teretes, glabri, baſi vaginantes, amplexicaules.

Spicæ axillares, umbellatæ; *Umbellulæ* pedatæ, ſpicis 3-6. breviter pedicellatis, erectis, albidis.

Cal. Cor. o. *Squamæ* ſubrotundæ, ciliatæ, unde ſpicæ nudo oculo ſubtomentoſæ.

Filamenta approximata, duo pro unaquaque ſquama, breviſſima. *Antheræ* ſubrotundæ, albæ.

Germen oblongum, ſquama longius. *Stylus* o. *Stigmata* 3. reflexa, craſſa, nigra. *(Lente videnda.)*

Incolit ruderata Indiæ occidentalis. ☉. *Floret autumno.*

PIPER *quadrifolium*, foliis quaternis cuneiformibus obovatis emarginatis ſubſeſſilibus; caule erecto. S. V. 75. 23.

Piper foliis quaternis. Plum. am. t. 242. f. 3. nec 2.

Descr. *Caulis* ſemipedalis, herbaceus, erectus, ſubdiviſus, ſtrictus, lævis, craſſus.

Folia breviter petiolata, quaterna, cuneata, obcordata, paullum concava, craſſiuſcula, glaberrima.

Spicæ

Spicæ terminales, pedunculatæ, ſolitariæ, uncia-les, teretes, albidæ, craſſiuſculæ. *Pedunculi* breves. *Flores* conferti.

Cal. Cor. o. ſed ſquama.

Filamenta 2, breviſſima. *Antheræ* globoſæ, didymæ.

Germen ovatum. *Stylus* o. *Stigma* obliquum, villoſum.

Creſcit in ſylvis montium altiſſimorum Jamaicæ.

PIPER *reflexum*, foliis quaternis rhombeis carnoſis reflexis patulisque, caule repente. S. V. 75. 24.

P. tetraphyllum. Forſt. prodr. 5. 25.

Descr. *Radices* longæ, filiformes.

Caules filiformes, laxi, longiſſimi, repentes, l. penduli, ſubdiviſi, angulati, canaliculati, glabri, maculati.

Rami longi, tetraquetri, geniculati.

Folia breviſſime petiolata, undique quaterna, minora, obtuſe l. oblique quadrata, horizontaliter patula, interdum reflexa, concavo - convexa, avenia, craſſa, nitida.

Spicæ pedunculatæ, terminales, ſolitariæ, breves. *Pedunculi* breves. *Fructificatio* præcedentis.

Incolit montes Indiæ occidentalis *ſupra truncos arborum vetuſtarum. In C. bonæ ſpei detexit* Thunberg; *in Inſulis maris pacifici* Solander & Forster.

Observatio.

Pipera & Saururi Auctorum habitu inter ſe differre videntur: fructificatio vero amborum vix diverſa; genus itaque non dilacerandum.

TAMARINDUS. S. V. 21.

Char. eſſentialis.

Cal. 4-phyllus. *Petala* 3. medio cucullato. *Legumen* pulpoſum.

Char. naturalis emendatus.

CAL. *Perianthium* 4-phyllum. *Foliola* æqualia, oblonga, colorata, decidua.

COR. *Petala* tria, inæqualia, patentia, decidua, (ſpatium pro 4°. & 5°. quaſi relinquentia;) *ſupera* duo longitudine calycis, ovata, acuta, baſi canaliculata; *medium* minus, cucullatum.

STAM. *Filamenta* 3, fertilia, ſinu calycis inſerta, adſcendentia, ſubulata, a medio ad baſin connata, arcuata, *filamentis* 7 ſterilibus intermixtis breviſſimis. *Antheræ* oblongæ, verſatiles.

PIST. *Germen* pedicellatum, acinaciforme, arcuatum, 3-gonum. *Stylus* ſubulatus, adſcendens. *Stigma* craſſiuſculum.

PER. *Legumen* pedicellatum, compreſſum, duplici cortice veſtitum, inter utrumque pulpa, uniloculare.

SEM. 3-6, rotundata, compreſſa.

OBS. Character genericus ſummam indicat affinitatem hujus generis cum Lomentaceis.

TAMA-

TAMARINDUS *indica.* S. V. 81.

Tamarindus. Brown. jam. 125.

DESCR. *Arbor* alta, *trunco* lævi, ramis patentibus, *ramulis* cicatricatis, ex foliis deciduis anni præcedentis.

Folia pinnata: *pinnis* multijugis, (15-18) oppoſitis, oblongis, obtuſis, glabris, inferne glaucis, apice ſubemarginatis.

Petioli univerſales & partiales, alterni, patentes, baſi craſſiuſculi.

Flores racemoſi: *racemis* terminalibus in petiolis univerſalibus, deflexis; *floribus* pedunculatis, deciduis.

Foliola calycina albido-lutea.

Petala 2. majora lutea rubro-venoſa; minus ſaturate luteum, venis fuſco-rubris; omnia criſpo-fimbriata.

COMOCLADIA. S. V. 82.

Charact. gen. emendatus.

CAL. *Perianthium* monophyllum, 3-partitum: *laciniis* ovatis, minutis, patentibus, coloratis.

COR. monopetala, 3-partita. *Laciniæ* calyce majores, ovatæ, planæ, patentes.

Nectarium margo carnoſus 3-lobus, corolla minor & concolor.

STAM. *Filamenta* tria ex inciſuris corollæ, illaque breviora. *Antheræ* didymæ.

PIST. *Germen* ovatum, in nectario recondi-
tum. *Stylus* o. *Stigma* obtuſum.

PER. *Drupa* oblonga, punctis tribus ſuper-
ne notata.

SEM. *Nucleus* bilobus.

OBS. *Flores plurimi abortientes, maſculi.*

COMOCLADIA *integrifolia.* S. V. 82.

DESCR. *Caudex* 10-30 pedum, ſimplex, interdum brachiatus, frondoſus.

Folia terminalia, frondis inſtar pinnata, 1-2-pedalia.

Petioli univerſales teretes, patentes, baſi incraſſati.

Foliola petiolata, ſuboppoſita, oblonga, baſi rotundata, acuminata, (*acumine attenuato*) margine ſubundulata, glabra. *Petioli partiales* breviſſimi.

Racemi longitudine foliorum, axillares, compoſiti, patuli.

Flores minuti, numeroſi, conferti, ſeſſiles, atropurpurei.

Drupæ ſucculentæ nigræ.

Incolit ſteriliora, præcipue maritima, Indiæ occidentalis. *Aeſtate florens.*

OBSERVATIO.

ILEX *Dodonæa* Spec. pl. ed. 2. excluſa in *Mantiſſa*, p. 333. & in *Syſt. veg.* eſt:

COMOCLADIA *ilicifolia*, foliis angulato-3-ſpinoſis. *Prodr.* p. 17.

ME-

MELOTHRIA. S. V. 82.

MELOTHRIA *pendula.* S. V. 82.

M. ſcandens, foliis obtuſe triangularibus, ſubcrenatis, fructu glabro. Brown. jam. 124.

Obs. Semper monoica mihi viſa, ut non niſi fructu baccato a *Cucumere* differat, cui immaturo exacte ejusdem ſapor eſt.

HIPPOCRATEA. S. V. 83.

Charact. gen. emendatus.

Cal. *Perianthium* 5-partitum, minimum. *Foliola* ſubrotunda, patentia, incumbentia, corolla minora.

Cor. *Petala* 5, ovata, patentia, perſiſtentia, apice excavata, villoſa.

Stam. *Filamenta* 3. germini, ſtyloque contigua, ſubulata, apice reflexa. *Antheræ* ſubrotundæ, ſulco transverſali.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus,* 3-queter, ſubulatus, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum.

Per. Germen, prope ſtylum tuberculis tribus, excreſcit, in *Capſulas* tres, obcordatas l. ellipticas, compreſſas, magnas; *loculis* bivalvibus: *valvulis* carinato-compreſſis.

Sem. 5-6, oblonga, ala membranacea; primo molliora, tandem quaſi *nuces* indureſcunt, *nucleis* oblongis.

HIPPO-

HIPPOCRATEA *volubilis.* Syſt. pl.

Obs. Excludatur Bejuco *Lœfl. it. 314.* quod ad *H. comoſam* ſpectat. *Prodr. p. 17.*

Descr. *Vimen* ſcandens.

Rami ſubdiviſi, deflexi, *ramulis* oppoſitis, rigidis, arcuatis, patentibus.

Folia petiolata, oppoſita, ovato-lanceolata, obtuſa, ſerrulata, rigidiuſcula, glabra.

Racemi terminales, racemulis oppoſitis, *floribus* terminalibus ſubſeſſilibus confertis exalbido-vireſcentibus, minutis.

Capſulæ unciales. *Semina* compreſſa, ſicca, in altera ſpecie nucum æmula.

Creſcit in ſylvis intimis, ad rivos Hiſpaniolæ. *Vere floret.*

COMMELINA. S. V. 94.

Observatio.

COMMELINÆ *tripetalæ* L. potius Tradescantiæ ſpecies.

COMMELINA *Zanonia.* S. V. 94. 7. eſt

Tradescantia Zanonia, *erecta, lævis, pedunculis ſolitariis geniculatis multifloris.* Prodr. p. 57.

Commelina. Brown. jam. 125. 1.

Obs. Numerus ſtaminum, habitus, villoſitas filamentorum &c. criteria Tradescantiæ.

SCHOE-

SCHOENUS. S. V. 95.

SCHOENUS *glomeratus.* S. V. 96. 11.

Occurrit in Jamaica, *ut in* America boreali.

CYPERUS. S. V. 96.

CYPERUS *monoſtachyos.* L. S. V. 96. 6. S. pl. 123. 3.

Gramen Cyperoides minimum, ſpica ſimplici, compacta, radice tuberoſa odorata. Sloan. hiſt. 1. 120. tab. 79. f. 2.

DESCR. *Spica* diſtiche imbricata, *ſquamis* duabus infimis cæteris longioribus, linearibus, ſubulatis, carinatis; *cæteræ* latiores, ſummæ acuminatæ. *Setulæ* intra ſquamas prope carinam.

Filamentum unicum, in quacunque ſpica inter glumas ſuperiores cum piſtillo, breviſſimum. *Antheræ* lineares.

Germen trigonum. *Stylus* triqueter, apice 3-fidus. *Stigmata* reflexa.

Semen nudum, trigonum, album, punctis calloſum.

Habitat in paſcuis aridis Jamaicæ *&* Hiſpaniolæ.

OBS. Foliolum ſub ſpica (*Mantiſſ. p. 180.*) potius eſt gluma infima, nec dimidia ſpica longius.

CYPERUS *articulatus.* S. V. 96. 1.

C. teres, erectus, ſpicillis ſtrictis ovatis: exterioribus pedunculatis, confertim naſcentibus. Brown. jam. 128. 10.

CYPERUS *minimus.* S. V. 96. 2.

C. pra-

C. pratenſis minor, paniculis conglobatis, ſpicillis compreſſis diſtiche imbricatis. Brown. jam. 127. 1.

CYPERUS *elegans.* S. V. 97. 18.

C. major umbellatus, paniculis laxis, ſpicillis teretibus, culmo triquetro. Brown. jam. 128. 4.

CYPERUS *compreſſus.* S. V. 97. 20.

Descr. *Culmi* cæſpitoſi, ſemipedales & infra, triquetri, nudi.

Folia ex baſi culmi, linearia, recta, ſtricta, lævia.

Involucrum terminale 3-phyllum: *foliolis* patentibus, linearibus, carinatis.

Umbella decompoſita, *ſpiculis* aliquot ſeſſilibus.

Spiculæ in pedunculis ſeſſiles, pallide virides.

Pedunculi umbellæ breviſſimi, 3-4, triquetri, baſi vaginati.

Spicæ diſtiche imbricatæ, glumis compreſſis, carinatis, margine membranaceis, ovatis, acutis, nec mucronatis. *Setæ* 2. albidæ intra ſquamas.

Filamenta 3 intra ſquamas ſuperiores. *Antheræ* bifidæ.

Germen 3-gonum. *Stylus* 3-fidus. *Stigmata* reflexa.

Semen ſubrotundum, 3-quetrum, ferrugineo-nitidum.

Incolit ſubhumida loca graminoſa Jamaicæ.

CYPERUS *diſtans.* Suppl. Linn. S. V. 98. 31.

Cyperus elatus (nec diſtans) Rottboel. Gr. n. 48. t. 10.

Habitat in India occidentali (*nec* Malabaria.)

CYPE-

CYPERUS *ligularis.* S. V. 97. 26.

C. major, ſub-3-queter, paniculis oblongis ſtrictioribus. Brown. jam. 128. 6.

SCIRPUS. S. V. 98.

SCIRPUS *mutatus.* S. V. 98. 2.

S. culmo triquetro nudo, ſpica oblonga ſtricta terminali. Brown. jam. 126. 4.

SCIRPUS *geniculatus.* S. V. 98. 5.

S. culmo rotundo nudo, ſpica ſtricta oblonga terminali. Brown. jam. 126. 5.

SCIRPUS *capitatus.* S. V. 98. 7.

S. minimus nudus, capitulo ſtricto ovato, radice fibroſa. Brown. jam. 126. 3.

SCIRPUS *lacuſtris.* Brown. jam. 127. 6.

Creſcit in fluviis Jamaicæ *rarius.*

SCIRPUS *autumnalis.* S. V. 99. 16.

Occurrit etiam in Jamaica.

SCIRPUS *ferrugineus.* S. V. 100. 27.

OBS. Polymorphus, maxime omnium variat a longitudine ſpithamæa usque ad bipedalem. Facile dignoſcitur *involucro inæquali ciliato.*

Simul in ſiccis & aquoſis Ind. occid. provenit.

SCIRPUS *cyperoides.* S. V. 100. 30.

OBS.

Obs. Excludatur, eſt enim *Kyllinga umbellata, Linn. ſuppl. 105. S. V. 101. 4.*

SCIRPUS *cephalotes.* S. V. 101. 41.

Obs. Excludi debet Synon. *Brownei (jam. 126.)* Bobartia ſpicis capitatis, involucro majori folioſo tectis; quae ſola eſt monſtroſitas *Andropog. inſularis Linn.*

Schoenus Fabri *Rottboell. gram.* cui idem Synonymon allatum, eadem ratione delendus eſt.

Scirpus Cephalotes *Jacq. hort. t.* 97. alia, & minime planta Linnæi.

KYLLINGA. S. V. 101.

KYLLINGA *monocephala.* S. V. 101. 1.

Schoenus coloratus. Syſt. pl. 120. 10.

Cyperus minimus pratenſis, capitulo ſtricto, ſingulari, foliis involucri ternis. Brown. jam. 127. 2.

Gramen cyperoid. minus, ſpica compacta, ſubrotunda, viridi, radice odorata. Sloan. h. 119.

Descr. *Culmus* pedalis, triqueter, ſtrictus, ſulcatus.

Folia culmi longitudine, linearia, carinata, lævia, baſi vaginantia.

Involucrum triphyllum. *Foliolum* ſuperius erectum, longum; lateralia horizontalia; aliud cæteris 3-4-plo brevius, margine ciliatum.

Capitulum glomeratum, ſubrotundum; *ſpiculis* plurimis ovatis acuminatis compreſſis viridibus.

Glumæ

Glumæ uniflorae, tantum bivalves. *Valvulæ* muticæ ſubinæquales, altera paullo majori, ovatæ acutæ carinatæ.

Filamenta 1, 2, 3, ovata, craſſiuſcula. *Antheræ* lineares, erectæ, nec verſatiles, luteæ.

Germen ſubrotundo-compreſſum. *Stylus* ad medium bifidus. *Stigmata* ſimplicia reflexa.

Semen unicum, compreſſum, gluma perſiſtente involutum.

In paſcuis graminoſis Indiæ occidentalis *vulgatiſſimum.*

Capitula floreſcentia odorata, nec non radices, pecoribus grata.

Obs. Exclud. Gramen cyperoid. ſpica — *Sloan. hiſt. 1. 119. tab. 78. f. 1.* quod ad Schoenum ſtellatum pertinet. *Prodr. p. 19.*

Synon. *Rumph. amb. 6. p. 8. t. 3. f. 2.* forte alius ſpeciei.

KYLLINGA *triceps.* S. V. 101. 2.

Schoenus niveus. S. pl. 120. 9.

Cyperus humilior, foliis involucri albis longitudinaliter faſciatis. Brown. jam. 128. 7.

Figura Sloan. hiſt. 1. tab. 78. f. 2.

Descr. *Culmus* ſemipedalis, baſi plerumque decumbens, nudus, 3-gonus.

Folia radicalia, culmo breviora, vaginantia, linearia, carinata, glabra.

Involucrum 3-phyllum, terminale.

Foliola lineari-lanceolata, carinata, margine minute ſerrata. *Aliud* ſuperius, breve.

Capitula 3-4 ſeſſilia, uno medio majori, oblongo. *Spiculæ* confertæ, nec imbricatæ, ſed horizontaliter inſidentes.

Glumæ 2. minutiſſimæ exteriores, 2. interiores, majores, uniflora.

Valvulæ æquales, ovatæ, acutæ, carinatæ, margine albidæ. *Setæ* duæ albidæ intra carinas valvularum.

Filamenta 3. breviſſima. *Antheræ* flavæ.

Germen compreſſum. *Stylus* 2-fidus. *Stigmata* reflexa.

Semen compreſſum, nitidum.

In pratis ſubhumidis Jamaicæ *frequens.*

FUIRENA.

FUIRENA *umbellata.* S. V. 102.

An Scirpus caule pentagono, ad nodos florida. Pl. Cat. Sloan. hiſt. 1. p. 121.

Invenitur rarius in depreſſis Jamaicæ.

PHALARIS. S. V. 103.

PHALARIS *oryzoides.* S. pl. 151. 11.

Exclude ſynonymon Sloan. h. 1. p. 113. t. 71. f. 1. *quod potius ad ſpeciem* Poæ *pertinet.*

Obs. Novum mihi eſt genus, nomine Leersiæ *(prodr. p. 21.).* Gluma ſola corollina bivalvi, clauſa, a Phalaride valde diſtinctum.

Miror, Cl. Wiggers in *Primitiis floræ Holſaticæ*, hocce gramen Claſſi Gynandriæ inſeruiſſe, quod a veritate alienum. Certiſſime *Triandrum* eſt, filamentis juxta baſin germinis inſidentibus; ſed ille forſitan vidit ſtamina piſtillo adglutinata, ut in ſpiculis quibusdam interdum contingit.

PASPA-

PASPALUM. S. V. 104.

PASPALUM *diſtichum*, ſpicis duabus erectiuſculis, altera ſeſſili, floſculis oblongis glabris, culmo adſcendente. S. pl. 152. 5. *Tab. II. f.* 1.

Gramen dactylon bicorne repens, foliis latis brevioribus. Sloan. h. 1. 111.

Seſamum jam. bicorne digitis gracilioribus. Petiv.

Descr. *Culmus* ſimplex, verſus radicem decumbens. *Folia* lanceolata, acuta, plana, brevia.

Vaginæ foliorum, ſtriatæ, baſi piloſæ.

Spicæ terminales, binæ, erectiuſculæ, fere tetragonæ, altera ſubpedicellata. *Rachis* plana, lævis.

Floſculi approximati, alternantes, ſubſeſſiles — ovati, acuti, glabri.

Glumæ calyc. & coroll. æquales, ovatæ, ſtriatæ.

Filamenta 3, longiora. *Antheræ* atro-cæruleæ. *Stigmata* penicilliformia, cærulea.

Incolit graminoſa loca ſubhumida Indiæ occidentalis.

PANICUM. S. V. 105.

PANICUM *hirtellum.* S. V. 105. 11.

Descr. *Culmus* repens, adſcendens, 3-pollicaris — pedalis.

Folia minora undulata, majora ſtricta.

Spica compoſita. *Rachis* hirſuta.

Spiculæ ſecundæ, adpreſſæ, alternæ.

Valvulæ tres calycinæ fere æquales ariſtatæ: — quarta intima, minuta, membranacea, mutica.

Ariſtæ longæ (*extima* 3-5-es valvula longior) ferrugineo-rubræ, glutinoſæ.

Valvulæ corollinæ muticæ.

Antheræ albidæ. *Stigmata* plumoſa, longa, ſanguinea.

Creſcit in umbroſis ſylveſtribus Indiæ occidentalis.

Obs. *Italica* vix eadem ſpecies.

PANICUM *brizoides*. S. V. 105. 10.

Descr. *Culmus* 1-3-pedalis, ſimplex, teres, lævis.

Folia latiuſcula, nec longa, acuta, erecta, — margine ſcabra, ſtriata, baſi vaginantia; collo imberbi.

Rachis terminalis, fere pedalis, ſimplex, linearis.

Spicæ 5, 6, alternæ, ſeſſiles, rachi adpreſſæ, ſecundæ; *floſculis* ſubſeſſilibus, approximatis, bifarie ſecundis, ovatis, exalbidis.

Valvulæ 2 calycinæ æquales, ovatæ, obtuſæ, — muticæ: *tertia* minima, ſubrotunda.

Valvulæ corollinæ minores, oblongæ.

Antheræ luteæ. *Stigmata* plumoſa, purpurea.

Semen corollæ adnatum, ſubrotundum.

Incolit aquoſa graminoſa, inque foſſis, Jamaicæ.

PANICUM *capillare*. S. V. 106. 25. Syſt. plant. 160. 24.

Obs. Exclude ſynon. *Sloan. hiſt. 1. p. 115. h. 72. f. 3.* quod eſt *P. trichodei. Prodr. p. 24.*

PANICUM *latifolium*. S. V. 107. 27. S. pl. 160. 26.

Obs. Synonymon *Sloanei* non hujus, ſed *P. glutinoſi. Prodr. p. 24.*

PANI-

PANICUM *clandeſtinum.* S. V. 107. 28. S. pl. 161. 27.

Obs. Synonym. & fig. *Sloanei* ad Manisurin *granularem (Prodr. p. 25.)* amandandum. In *Jamaica* non creſcit, ſed in *America ſeptentrionali.*

PANICUM *brevifolium.* S. V. 107. 33. S. pl. 162. 32.

Obs. Deleatur *Synon. & fig. Sloanei*, ſub *P. capillari* ſupra citatum.

MILIUM. S. V. 109.

MILIUM *punctatum.* S. V. 109. 2.

Descr. *Culmus* 1-2-pedalis, ſimplex, erectus, teres, geniculatus, glaber.

Folia latiuſcula, integra, ſtriata, lævia. *Vaginæ* imberbes, clauſæ.

Panicula erecta, ſimplex; *ramis* alternis, ſparſis, erectis.

Floſculi alterni, ſecundi, pubeſcentes, gemini, altero plerumque minore, pedicellati.

Pedicelli breviſſimi, altero breviore, baſi annulo fuſco cincti.

Raches angulatæ, filiformes, hirtæ.

Glumæ calycinæ æquales, acuminatæ, extus hirtæ.
corollinæ calyce minores, æquales, ovatæ, *exterior* brevius ariſtata.

Antheræ minutiſſimæ, fuſcæ.

Stigmata plumoſa atropurpuraſcentia.

Semen oblongum, nitidum.

Habitat in graminoſis udis Jamaicæ.

AGROSTIS. S. V. III.

AGROSTIS *Virginica.* S. V. III. 23.

Gramen minimum foliatum diſtichum, ſpicis ſtrictis ſimplicibus erectis muticis. Brown. jam. 137. 5.

Obs. Variat longitudine, 2-pollicaris ad pedalem.

Creſcit ad littora argilloſa marina India occidentalis.

AGROSTIS *Indica*, panicula contracta mutica, racemis culmo adpreſſis, floſculis ovatis, foliis planis ſetaceis. S. V. III. 25.

Descr. *Culmus* 1-2-pedalis, erectus, ſimplex.

Folia anguſtiſſima, ſubſetacea, plana, acuta, nec ſubulata, erecta.

Panicula contracta, elongata, racemis brevibus alternis coarctata.

Floſculi minutiſſimi, ovati, acuti, mutici, nitentes.

Glumæ calycinæ minutiſſimæ, ovatæ, quarum una ſæpe deeſt.

Glumæ corollinæ æquales, acutæ, muticæ.

Antheræ cæruleo-rubræ. *Stigmata* villoſa, pallide rubra.

Semen ovatum, nitens, valvulis majus.

In ſubhumidis Indiæ occid. *vulgaris.*

AGROSTIS *cruciata.* S. V. III. 14.

AGROSTIS *radiata.* S. V. III. 15.

Obs. Ambæ characteri *Agroſtis* minime congruunt, aliisque ſpeciebus conjunctæ, novum con-

conſtituunt genus, Chloris mihi nuncupatum. *Prodr. p. 25.* Vid. Obſ. in *Andropog. polydactylon* & *faſciculatum.*

POA. S. V. 113.

POA *capillaris.* S. V. 114. 23.

Descr. *Culmus* ½-2-pedalis; baſi decumbens, proſtratus, filiformis, ſubdiviſus, geniculatus.

Folia longa, anguſtiſſima, erecta, vaginis ſubpiloſis.

Panicula terminalis, laxa, patens; *ramis* longiſſimis, diffuſis.

Floſculi diſtantes, pedunculati, patuli, minuti,

Glumæ calycin. 4-5-floræ, muticæ, acutæ.

corollinæ diſtantiores, oblongæ, acutæ.

Filamenta 3. *Antheræ* purpureæ.

Stigmata villoſa, purpuraſcentia.

Semen ſubrotundum, nitidum.

Creſcit in ſterilibus & cultis; vulgaris in India occidentali.

POA *ciliaris.* S. V. 115. 31.

Descr. *Culmus* 2-uncialis — ad ſemipedalem, ſimplex, tenuis, erectus, glaber.

Folia linearia, brevia, lævia.

Panicula (l. Spica compoſita) contracta, ramulis brevibus adpreſſis.

Floſculi ovati, cinereo-ferruginei, minuti, nitentes, villoſi.

Gluma calycina 2-4-valvis, 6-8-flora. *Valvulæ* æquales, ovatæ, acutæ, carinatæ, muticæ, imberbes.

Glumæ corollinæ valvula ſuperior ovata, obtuſa, non carinata, margine ciliata; *Valvula inferior* carinata, margine integra, carina (lente) ſerrata, baſi ſuperiorem includens.

Antheræ purpureæ. *Stigmata* villoſa, pallida. *Semen* oblongum.

Creſcit in aridis ſabuloſis Indiæ occidentalis.

OBS. Media quaſi inter *Brizam* & *Poam.*

CYNOSURUS. S. V. 116.

CYNOSURUS *domingenſis.* S. V. 116. 12.

OBS. Eſt varietas *C. virgati* LINN. in una eademque panicula *ſpiculas ariſtatas & muticas* ſimul ſæpe gerentis, *glumis 3-6-floris*, *ramis paniculæ filiformibus & craſſioribus*, *floribusque magis minusve ſeſſilibus.*

Habitus tenerior magisque laxus.

Creſcunt conjunctim in ſiccis Indiæ occidentalis.

ARISTIDA. S. V. 123.

ARISTIDA *Aſcenſionis.* Syſt. pl. 229.

A. ſpica laxa tenui, ariſtis longiſſimis crinitis. Brown. jam. 135. 1.

OBS. Exclude *Pluk. alm. 174. t. 191. f. 3.*

DESCR. *Culmus* cæſpitoſus, 1-2-pedalis, decumbens, geniculatus, ſimplex, laxus, lævis.

Folia tenuiſſima, filiformia, erecta, lævia.

Panicula ramoſa, ſubcontracta; *ramis* adpreſſis, ſubdiviſis, erectis; floſculis breviter pedicellatis, anguſtis, fuſcis.

Glu-

Glumæ calycinæ Valvulæ ſubæquales, una quaſi *exterior*, paulo inferior, ſubulata, mutica; *altera* ſimilis, nitens, mutica, carinata, glumam corollinam includens.

Glumæ corollinæ Valvula ſubulata, convoluta, longior, apice ariſtata, nitens, baſi villoſa.

Ariſta ad baſin 3-partita. *Setæ* capillares, (lente) cartilagineo-ſerratæ.

Antheræ atropurpureæ. *Stigmata* villoſa, concoloria.

Semen minutiſſimum, acuminatum.

Provenit in ſabuloſis aridis Jamaicæ auſtralis.

ARISTIDA *americana*, panicula ſimplici, corollis bivalvibus, altero ariſtis dorſalibus, altero terminalibus. *Tab. II. f.* 11.

A. paniculæ ramis ſimpliciſſimis, ſpicis alternis. Syſt. pl. 229. 2.

A. minor, panicula e ſpicis ſimplicibus compoſita, glumis hexaſetis. Brown. jam. 135. 2.

Descr. *Culmus* ſemipedalis, aſſurgens, geniculatus, ſubdiviſus.

Folia linearia, ſtricta, lævia.

Panicula ramis ſimplicibus, alternis, patentibus, floſculis ſubſecundis, alternis, approximatis, adpreſſis (8-10.)

Raches compreſſæ, ſubflexuoſæ.

Glumæ calycinæ 2-valves, muticæ. *Valvula* exterior carinata, lanceolata, acuta; interior linearis, minor.

Glumæ corollinæ 2-valves: *Valvula* exterior lanceolata, externe baſi ariſtata: *Ariſta* tripartita, valvula duplo longior. *Valvula* inferior, carinata, apice 3-ariſtata: *Ariſtæ* breves, media longior.

Antheræ rubræ. *Stigmata* plumoſa, alba. *Semen* lineare, acuminatum.

Habitat cum antecedente in aridis ſabuloſis.

ARISTIDA *Hyſtrix*. S. V. 124. 6.

Gramen maderaſpatanum avenaceum, panicula ſparſa, ariſtis longis ornata. Pluk. àlm. 174. t. 191. f. 3.

STIPA. S. V. 121.

STIPA *arguens*. S. V. 121. 8.

Obs. Deleatur: eadem cum *Anthiſtiria ciliata*. Linn.

ROTTBOELLA. S. V. 124.

ROTTBOELLA *exaltata?* S. V. 124. 4.

Descr. *Culmus* 2-6-pedalis, erectus, ſubdiviſus, ſtriatus, ſemicylindricus, vaginatus; ramulis erectis.

Folia pedalia, lato-linearia, patentia, lævia, margine cartilagineo-ſerrata.

Vaginæ longæ, 2-3-pollicares, ſtriatæ, punctatæ, hiſpido-hirſutæ, ſauce hirtæ. *Hirſuties* rara, alba, pungens.

Spicæ ſolitariæ, terminales, longæ, 2-3-pollicares, tereti-cylindraceæ, articulatæ, acuminatæ, læves, virides.

Floſculi polygami, ſpica incluſi, ſeſſiles, alterni, baſi circumſciſſi. *Rachis* flexuoſa cum foveolis pro floſculis, ſpicam teretem formantes.

Flores maſc. exteriores, *hermaphroditi* interiores inter easdem glumas calycinas.

Cal. commun. *Gluma* 2-valvis, biflora. *Valvula exterior* ovata, acuta, ſpicæ adpreſſa; *interior* ſpica

ſpica incluſa, fornicata, *hermaphroditum* involvens.

Gluma coroll. maſcula 2-valvis. *Valvulæ* minores, albidæ. *Nectarium* petala duo truncata ad baſin filamentorum.

Filamenta 3. *Antheræ* rubræ fertiles, ſæpe ſteriles, luteæ. *Piſtillum* nullum.

Hermaphrod. intra maſculum, nec videndus niſi maſculo avulſo.

Gluma corollina 2-valvis. *Valvulæ* albidæ fugaces.

Filamenta 3. *Antheræ* ſæpe ſteriles.

Germen ſubrotundum. *Styli* 2. *Stigmata* villoſa, purpurea.

Maſculo flore decidente, ſemen matureſcit intra rachia, & maturum fracta ſpica decidit.

Habitat in paſcuis & agris cultis Jamaicæ auſtralis.

MOLLUGO. S. V. 129.

MOLLUGO *verticillata.* S. V. 4.

M. minima repens, foliis linearibus verticillatis, floribus quinariis pedunculatis confertis. Brown. jam. 139. 1.

Creſcit in campis aridis Jamaicæ. ☉

SPERMACOCE. S. V. 148.

SPERMACOCE *tenuior.* S. V. 148. 1. *Brown. jam.* 141. 5.

Obs. Variat caule *glabro* & *pubeſcente*, *ſtricto et laxiore;* foliis *anguſtioribus* & *latioribus;* floribus *verticillatis* & *ſubſolitariis.*

Semi-

Semina immatura capſ. æmula, 2-locularia; matura ſeparabilia, ſubrotunda, calyce perſiſtente bidentata, hirta.

In cultis Indiæ occidentalis *vulgatiſſima*. ⊙

SPERMACOCE *verticillata*. S. V. 148. 2.

S. fruticuloſa atque ramoſa, foliis linearibus, floribus conſtipatis ad alas. Brown. jam. 141. 4.

Descr. *Caulis* ſubherbaceus, baſi fruticuloſus, erectus, pedalis, ramoſus, ſtrictus, 4-gonus.

Rami oppoſiti, decuſſati, faſtigiati, 4-goni.

Folia oppoſita, decuſſata, lanceolato-linearia, nervo medio, integra, utrinque lævia.

Ramuli axillares, longitudine foliorum, oppoſiti.

Stipulæ connatæ, membranaceæ, margine ſetaceæ; *ſetis* albidis.

Verticilli florum amplexicaules, globoſi, floribus confertiſſimis, parvis, albis.

Calyx bidentatus, ramis 3-4; ſuperus, minutus.

Tubus corollæ breviſſimus, 4-gonus: *Limbo* 4-fido erecto, minuto.

Filamenta 4, exſerta, medio tubi adnata. *Antheræ* incumbentes, albidæ.

Germen ovatum, compreſſum, anceps. *Stylus* brevis, apice emarginatus *l.* ſub-2-fidus. *Stigmata* ſimplicia, obtuſa.

Sem. nuda, compreſſa, 2-partibilia, coronata, — glabra, nigra.

Varietas: Floribus capitatis terminalibus in caule & ramis, capitulis globoſis.

Habitat in paſcuis ſiccis Jamaicæ. ♃

Obs. Odor plantæ ſub tempore floreſcentiæ, *Trifolii* inſtar *Meliloti.*

SPER-

SPERMACOCE *hirta*, ſcabra ramoſa, foliis ovato-lanceolatis, floribus confertis axillaribus, ſtaminibus exſertis.

S. hirta, ſcabra, foliis oblongis, ſummis quaternis, floribus verticillatis. Syſt. pl. 291. 3.

Descr. Caulis herbaceus, 1-2-pedalis. 4-gonus, ſtrictus, ſtriatus, ſcaber, ramoſus. *Rami* erecti, 4-goni, angulis hirtis.

Folia ſubſeſſilia, ovato-lanceolata, integra, nervoſa, hirta.

Stipulæ connatæ, membranaceæ, margine ſetoſæ.

Flores axillares, aggregati, ſeſſiles, parvi, albidi.

Calyx 4-dentatus, breviſſimus.

Tubus corollæ teres, infundibuliformis. *Limbus* 4-partitus, reflexus.

Filamenta exſerta. *Antheræ* cæruleæ.

Germen hiſpidum. *Stylus* longitudine ſtaminum, apice 2-fidus. *Stigmata* cærulea, reflexa.

Semina 2 cute tecta et conjuncta, dentibus calycis coronata, hirta; decorticata nigra glabra.

Habitat in graminoſis ſiccis Indiæ occidentalis.

Obs. A Linnæo cum alia & nova ſpecie (S. villoſa *Prodr. p. 29.*) forte confuſa & mixta, ut ex differentia ſpecifica ſuſpicari licet, quæ vero diſtinguitur: *Caule ſimpliciore, foliis oblongis: ſummis quaternis, villoſitate, verticillis florum, & ſtaminibus incluſis.*

SPERMACOCE *ſpinoſa*, ſubramoſa, foliis lanceolato-linearibus nervis marginibusque retro-denticulatis. S. pl. 292. 6.

S. erecta, ſimplex, foliis lanceolatis, nervis denticulatis, floribus conſtipatis ad alas. Brown. jam. 141. 1.

Descr.

Descr. *Caulis* herbaceus, ſimpliciuſculus, baſi ſubdiviſus, durus, folioſus, 4-angularis, ſcabroſus, pedalis.

Folia oppoſito-decuſſata, ſubſeſſilia, lanceolato-linearia, acuminata, enervia; (*præter medium*). *Nervi* marginesque retro-denticulati, ſubſpinuloſi.

Flores ſubverticillati, globoſi, axillares, ſtipulis ſubinvolucrati, conferti, albi.

Stipulæ membranaceæ, margine ſetoſae, rigidæ.

Calyx 2-4-dentatus; *dentibus* linearibus, corolla fere longioribus.

Tubus brevis; *limbus* 4-fidus: *laciniis* ovatis.

Filamenta incluſa. *Antheræ* albidæ.

Stylus 2-fidus. *Stigmata* erecta, incluſa.

Provenit in arvis Jamaicæ auſtralioris.

Observatio.

Fructus Spermacoces ſemper bilocularis; maturus bipartibilis, nudus l. cruſta tenui tectus, capſulæ inſtar, ideoque *Diodiæ* proximus.

SHERARDIA. S. V. 148.

SHERARDIA *fruticoſa*. S. V. 148. 3.

Obs. Media inter *Spermacocen & Diodiam*. *Sherardiæ generi* minus adfinis.

CATESBÆA. S. V. 152.

Obs. *Bacca* immatura evidenter *bilocularis*, ex duabus ſpeciebus mihi viſa eſt; character ideoque generis emendandus:

— Bacca *bilocularis*, *polyſperma*.

IXO-

IXORA. S. V. 152.

IXORA *Americana.* Syſt. pl. 312.

Obs. Synonymon & figura *Brownei* non hujus, ſed ad *Coffeam occidentalem* pertinent.

PETESIA. S. V. 153.

PETESIA *ſtipularis.* S. V. 153. 1.

Obs. Rondeletiæ ut videtur affinis, & ad *Pentandriam* referri debet, ſecundum ſynon. & figuram *Brownei:* Peteſia fruticoſa — calyce 5-fido, *jam. 143. tab. 2. f. 2.*

PETESIA *Lygiſtum.* S. V. 153. 2.

Obs. Eſt Species Manettiæ, indicante charactere ejusdem generis:

Cal. 8-phyllus. — *Semina* imbricata.

Eſt Manettia Lygiſtum. Prodr. p. 37.

AQUARTIA. S. V. 153.

Obs. Species potius Solani, floribus tetrandris. Habitus exacte Solani, a quo differt *numero, laciniis corollæ linearibus, & calyce campanulato.*

BUDLÆA. S. V. 154.

BUDLÆA *americana.* S. V. 154. 1.

Descr. *Frutex* orgyalis, ramoſus, totus incanus.

Folia ovato-lanceolata, oppoſita, ſerrata, cana.

Flo-

Flores racemoſo-ſpicati, axillares & terminales. *Racemuli* oppoſiti, multiflori, conferti.

Cal. ſemi-4-fidus, perſiſtens.

Corolla ſemi-4-fida, coriacea, vix calyce longior. *Laciniæ* erectæ, acutæ, intus luteæ, extus incanæ.

Filamenta breviſſima, ex diviſuris corollæ. *Antheræ* minutæ.

Germen ovatum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* obtuſum.

Capſula ovata, biſulca, bilocularis.

Semina numeroſa.

Creſcit ad ripas fluviorum Jamaicæ.

An a Budlæa occidentali *ſatis diſtincta ſpecies?*

RHACOMA. S. V. 157.

RHACOMA *Croſſopetalum.* S. V. 157.

Obs. Character genericus a *Browneo* mutuatus: Capſula *1-locularis*, *1 ſperma*, erroneus; fructus vero eſt Myginda: *drupa globoſa*, *monoſperma*. Ab illa quidem *Rhacoma* diſcrepat, *flore monogyno & monopetalo*, ſed *ſtylus apice 4-fidus & corolla profunde 4-partita*, ut facile pro 4-petala habenda ſit. Vid. Myginda Rhacoma. *Prodr. p.39.*

CISSUS. S. V. 158.

CISSUS *Sicyoides.* S. V. 158. 3.

Descr. *Caulis* fruteſcens, ſuperne herbaceus, ſcandens, ſubdiviſus, divaricatus, radicans, teres, ſanguineo-punctatus, glaber.

Folia

Folia petiolata, alterna, cordata, ovata, ſetaceo-ſerrata, (*ſerraturis diſtantibus adpreſſis*) nervoſa, utrinque glabra, ſubſucculenta.

Flores in formam umbellulæ congeſti, *ramulis* a centro patulis, æqualibus, dichotomis, pedicellati, conferti; *pedicellis* unifloris.

Squamulæ 4 ad diviſuras pedunculorum.

Calyx parvus, planus, 4-gonus.

Petala intra margines calycis inſerta, baſi latiora, ovata, reflexa, decidua, flava.

Nectarium margo luteus, 4-partitus, germen cingens.

Filamenta inter diviſuras nectarii inſerta, decidua. *Antheræ* fulvæ.

Germen 4-gonum, retuſum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* acutum.

Bacca oblonga, nigra, umbilicata.

Semen oſſiculum ſubrotundum.

Creſcit in ruderatis, ad muros inque ſaxoſis ſcandens, Jamaicæ. ♄. ♃.

CISSUS *acida*. S. V. 158. 5.

Descr. *Caulis* ſcandens, flexuoſus, teres, purpuraſcens, ſucculentus, geniculatus. *Rami* breves.

Folia petiolata, alterna, ternata. *Foliola* ſeſſilia, cuneato-obovata, apice inciſa, craſſa, carnoſa, enervia, ſaturate viridia, glabra.

Cirrhi ad genicula caulis, longi, filiformes, ſtricti; alii terminales, longiſſimi.

Flores umbellulati. *Umbellæ* 5-fidæ, pedicellis — umbellulis 5-floris, floribus pedicellatis.

Bracteolæ ſub pedicellis.

Calyx germen cingens, urceolatus, obtuſe 4-dentatus.

Corolla 4-partita: *laciniis* reflexis deciduis.

Nectarium: margo luteus nectariferus circa germen.

Antheræ luteæ.

Germen truncatum. *Stigma* ſimplex.

Bacca nigra, calyce cincta, 1-ſperma.

Habitat in ſepibus maritimis Jamaicæ. ♃

Floret æſtate. Tota acida.

CISSUS *trifoliata.* S. V. 159. 6.

DESCR. *Caulis* ſuffruteſcens, ſcandens, 5-6-angularis, nodoſus, radicans, ramoſus, viridis.

Anguli ſub-alati. *Rami* herbacei, laxi.

Folia ternata: petiolis longioribus 5-angularibus. *Foliola* brevius petiolata, ovata, acuta, lateralia obliqua, ſerrata, nervoſa, utrinque glabra.

Stipulæ ad baſin petiolorum, ſubrotundæ.

Flores umbellati, ſanguinei.

Pedunculus communis petiolo oppoſitus, brevis.

Umbella 4-fida; *Involucrum* ſquamis baſeos emarcidis. *Pedunculi* partiales, 2-partiti; *umbellulis* terminalibus pedicellisque coloratis.

Calyx l. margo germinis integer 4-gonus.

Petala 4. minuta, rubra, decidua.

Margo nectariferus circa germen, luteus; cui inſerta.

Filamenta ſubulata. *Antheris* luteis.

Germen depreſſum. *Stylus* 4-gonus. *Stigma* — luteum.

Bacca ſubrotunda, monoſperma.

In ſepibus montium altiſſime ſupra ramos ſcandit, in India occidentali. ♃

OBSER-

OBSERVATIO.

Magna hujus generis cum Vite affinitas; differt vero præcipue *Numero*, *fructuque* conſtanter *1-ſpermo*.

SAMARA. S. V. 159.

OBS. Hujus ſpecies Pentandra eſt *Rapanea guianenſis. Aubl. hiſt. des plant. de la Guiane 1. p. 121. t. 46.*

OLDENLANDIA. S. V. 161.

OLDENLANDIA *ſtricta*. S. V. 162. 10.

OBS. Delenda; eadem ac HEDYOTIS *graminifolia*. S. V. 147. 6. potiusque huic generi jungitur.

ISNARDIA. S. V. 162.

OBS. Eſt LUDWIGIÆ ſpecies, in fluviis Jamaicæ ſæpe proveniens *floribus* petalis inſtructis, licet fugacibus; quorum abſentia *Isnardia* ab illa differt, eodem fere modo ac *Ammannia* cum & ſine petalis.

DORSTENIA. S. V. 163.

OBS. Genus *Urticis* & *Parietariis* adfine. *Flores* mihi viſi *monoici*. (an omnes?)

DESCR. *Receptaculum* convexo-planum, margine crenato punctato; carnoſum.

Diſcus parum concavus.

Flores maſculi in diſco verſus radium.

Calyces receptaculo immerſi l. foramina 4-dentata.
Filamenta 2, 3, 4 brevia. *Antheræ* didymæ.
Flores feminei in medio diſco.
Calyces immerſi, ſeu foramina 4-dentata, 4-gona.
Germen ovatum. *Stylus* bifidus. *Stigmata* reflexa.
Germen maturùm receptaculo reconditum, dehiſcit in duas partes, emittens
Semen ſubrotundum.
Sic flores ſeſe habent in DORSTENIA cordifolia. Prodr. p. 34.

NIGRINA. S. V. 163.

NIGRINA *ſpicata.* Thunb. fl. Japon.

OBS. Eſt CHLORANTHUS *inconſpicuus. Act. Angl. Vol. LXXVII. 1787. part. II. p. 359. t. 14.*

Charact. eſſential. correct.

CAL. nullus. *Petalum* trilobum, lateri germinis inſidens. *Antheræ* petalo accretæ, *Drupa* monoſperma.

Charact. nat. emendatus.

CAL. nullus, ſed *Squama* ovata, concava, cui germen inſidens.

COR. *Petalum* unicum, 3-lobum, convexum, lateri exteriori germinis inſertum.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* 4. lobis petali verſus interiora marginibus inſertæ, 2-valves.

PIST.

Pɪsᴛ. *Germen* obovatum, antice prominens, petaligerum. *Stylus* inæqualis, breviſſimus, angulatus. *Stigmata* 3. minutiſſima, erecta.

Pᴇʀ. *Drupa* monoſperma, oblonga.

Sᴇᴍ. *Nux* oblonga, glabra.

Dᴇsᴄʀ. Planta *herbacea.*

Caules plures ex radice, ſemipedales, patentes, ſuberecti, ramoſiuſculi, teretes, glabri.

Rami oppoſiti, patentes, teretes, ſtriati.

Folia petiolata, decuſſata, oppoſita, lanceolato-ovata, ſerrata, nervoſa venoſa, glaberrima, pallida, ſubſucculenta. *Petioli* breviuſculi, canaliculati, glabri.

Stipulæ interpetiolares, utrinque denticulis 2. minutis; perſiſtentes.

Panicula terminalis, erecta, ſimplex.

Racemi l. ſpicæ oppoſitæ, decuſſatæ, erectiuſculæ, ſubfaſtigiatæ.

Flores oppoſiti, decuſſati, ſeſſiles, magnitudine capitis aciculæ, ex albido lutei.

Pollen flavum. *Stigmata* albida.

Drupa carne nigra, magnitudine ſem. Piperis minoris.

Habitat in China, Japonia. Tʜᴜɴʙᴇʀɢ. Chinenſibus audit *Chulan.*

MANETTIA. S. V. 164.

Oʙs. Hujus generis eſt *Nacibea* Aᴜʙʟᴇᴛɪɪ & *Peteſia Lygiſtum* Lɪɴɴ. Vid. ſupra.

RIVINA. S. V. 165.

RIVINA *paniculata.* S. V. 65. 4.

Obs. Deleatur: eadem ac *Salvadora perſica.* S. V. 166.

CUSCUTA. S. V. 167.

CUSCUTA *Americana.* S. V. 167. 3. floribus pedunculatis 5-fidis.

Cuſcuta. Brown. jam. 149.

Descr. *Caules* filiformes, aphylli, paraſitici, denticulis radicantibus.

Flores umbellati. *Umbellæ* parvæ in tribus minores ſubdiviſæ, 3-4-floras. *Flores* pedunculati. *Pedunculi* breviſſimi.

Squamula membranacea ſub umbella.

Calyx 5-fidus.

Corolla monopetala, 5-fida, alba: *laciniis* ovatis, acutis, erectis.

Filamenta 5, longitudine corollæ. *Antheræ* minutæ.

Germen ſubrotundum. *Styli* 2. capillares. *Stigmata* ſimplicia.

Capſula bilocularis, tetragona, 4-ſperma.

Semina ſubrotunda.

Affigitur plantis herbaceis; plerumque juxta littora marina Jamaicæ.

HELIOTROPIUM. S. V. 124.

HELIOTROPIUM *Indicum.* S. V. 124. 2.

DESCR. *Caulis* herbaceus, bipedalis, teres, ſcabroſus, hirſutus, ſubdiviſus.

Folia cordato-ſpathulata, ovata, acuta, ſubſerrata, rugoſa, nervoſa, hirta, molliuſcula.

Spicæ terminales, ſolitariæ, erectiuſculæ.

Flores ſeſſiles, ſecundi, duplici ordine approximati, parvi, cærulei.

Calyx 5-dentatus, perſiſtens.

Corollæ tubus calyce longior. *Limbus* vix ſemi-5-fidus: *laciniis* æqualibus, obtuſis. *Faux* nuda, 5-radiata, fulva, clauſa.

Filamenta in fauce breviſſima. *Antheræ* tectæ.

Germina 4 paribus connatis. *Stylus* unicus, medius, craſſus. *Stigma* capitatum, planum.

Semina 4. calyce perſiſtente recondita, ovata, unilocularia.

Incolit ruderata & fertiliora Indiæ occidentalis.

HELIOTROPIUM *fruticoſum.* S. V. 134. 6.

Tournefortia humilis. LINN. S. V. 191. 5.

DESCR. *Caulis* fruticoſus, 2-pedalis, ramoſiſſimus.

Rami ſtricti, ſcabro-cinerei.

Folia breviter petiolata, lineari-lanceolata, alterna, parva, acuta, rigida, margine revoluta, apice recurva, ſuperne hirſuta, hiſpida, infra hirſuto-incana.

Flores terminales, breviter pedunculati, ſecundi, albi, *pedunculis* brevibus axillaribus, hiſpidis.

Spicæ parvæ, inflexæ.

Cal. 5-fidus; *laciniis* erectis, ſtrictis.

Corolla hypocrateriformis, patens. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* planus, 5-gonus, albus.

Faux clauſa, pallida, radiis 5 a centro ad angulos limbi.

Filamenta breviſſima e medio tubi. *Antheræ* apice conniventes cohærentesque.

Germen ovatum. *Stylus* brevis, ſubulatus. *Stigma* capitatum.

Capſula ſubrotunda, diſperma. *Semina* hæmiſphærica.

Incolit petroſa calcarea maritima Jamaicæ.

HELIOTROPIUM *parviflorum.* S. V. 3.

H. hirſutum, virens, foliis rugoſis ovatis, ſpicis gracilioribus, ſingularibus, lateralibus quandoque terminalibus. Brown. jam. 151. 2.

HELIOTROPIUM *Curaſſavicum.* S. V. 5.

H. ſupinum, leucophæum, molle, foliis anguſtioribus. Brown. jam. 151. 3.

TOURNEFORTIA. S. V. 191.

TOURNEFORTIA *hirſutiſſima*, foliis ovatis petiolatis acuminatis, caule hirſuto, ſpicis ramoſis terminalibus, baccis hirſutis.

T. foliis ovatis petiolatis, caule hirſuto, ſpicis ramoſiſſimis terminalibus. S. V. 191. 2.

T. ſcandens, foliis hirtis rugoſis ovatis, ſpicis ramoſis. Brown. jam. 169.

Heliotropii flore frutex — Sloan. jam. h. 2. p. 108. t. 212. f. 1.

Descr. *Caulis* fruticoſus, ſubſcandens, ramoſus, hirſutiſſimus. *Hirſuties* ferruginea.

Folia

Folia petiolata, oblonga, acuminata, integra, nervoſa, hirſuta, ſubtus hirſutiſſima.

Spicæ l. racemi terminales, ramoſiſſimi — ſtricti, patuli; *floribus* ſecundis, albis.

Calyx 5-partitus. *Cor.* laciniis acutis.

Filamenta breviſſima. *Antheræ* viridi-atræ.

Germen ovatum. *Stylus* brevis clavatus. *Stigma capitatum.*

Bacca ſcabro-hirſuta, matura alba, bilocularis. *Loculi* diſpermi.

Incolit fruticeta Indiæ occidentalis. ♄

TOURNEFORTIA *cymoſa*, foliis ovatis integris nudis ſpicis, cymoſis longiſſimis pendulis.

T. foliis ovatis integerrimis nudis, ſpicis cymoſis. S. V. 191. 6.

Descr. *Caulis* orgyialis.

Rami herbacei, angulati, ſulcati, glabri.

Folia ovato-lanceolata, longa, petiolata, integra, glabra, inferne rugoſa.

Spicæ cymoſæ, pendulæ, longiſſimæ.

Flores ſeſſiles, ſecundi, biſariam diſpoſiti.

Corollæ longiores, 5-gonæ, viridi-albæ. *Stigma* capitatum.

Bacca ſubrotunda, alba, poro unico apice notata, 2-locularis: *loculis* diſpermis.

Habitat in fruticetis Jamaicæ. ♄

Obs. Tota planta fœtens.

TOURNEFORTIA *humilis.* S. V. 191. 6.

Obs. Excludenda, eadem ac *Heliotropium fruticoſum.* Vid. ſupra.

TOURNEFORTIA *fœtidiſſima.* S. V. 191. 4.

Obs. Exclude Synonyma *Sloanei & Brownei*, ad T. hirſutiſſimam referenda.

MENYANTHES. S. V. 194.

MENYANTHES *indica.* S. V. 194. 2.

Menyanthes. Brown. jam. 151.

Nymphææ minoris affinis indica, flore albo piloſo. Sloan. Cat. 121. h. t. 252. Raj. h. 3. p. 631.

Habitat rarius in aquis argilloſis Jamaicæ.

THEOPHRASTA. S. V. 196.

Charact. gen. emendatus.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, 5-partitum, perſiſtens. *Laciniæ* oblongæ, margine ciliatæ.

Cor. monopetala, perſiſtens. *Tubus* longitudine-calycis, campanulatus. *Limbus* 5-partitus: *laciniis* oblongis, erectis, patentibus.

Stam. *Filamenta* 5, infra medium tubi, membranæ fundum interne cingenti inſerta, corolla breviora. *Antheræ* acuminatæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* longitudine-ſtaminum, craſſus. *Stigma* obtuſum, perforatum.

Per.

PER. *Fructus* magnus, ſubrotundus, corticoſus, 1-locularis, polyſpermus.

SEM. plura, oblonga, nitida, *receptaculo* carnoſo ſuccoſo baſi inſidente adfixa.

THEOPHRASTA *americana.*

DESCR. *Caulis* fruteſcens, 1-2-pedalis, ſimplex, erectus a medio ad apicem folioſus (*caudicis inſtar frondoſi*) tomentoſo-ferrugineus, ſpinoſus.

Folia breviſſime petiolata, oppoſita, l. cauli verticillatim inſerta, erecta, elongata, baſi attenuata, apice obtuſa, rigidiſſima, ſerrata, ſerraturis ſpinoſis, alternatim in- & reflexis.

Spinæ exſtantes, parvæ, ſed rigidæ, extimo apice nigræ.

Petioli cauli adpreſſi, craſſi, ruſi.

Racemi breves, terminales, e medio foliorum terminalium, multiflori; *pedunculis* numeroſis curvis, brevibus, unifloris.

Semina nigra, dura, baſi affixa, ſuperne libera.

Fructus non proprie *Bacca*, nec *Capſula*, quia non dehiſcit; ſed corticoſus, ſæpe ad maximam partem inanis, maturus luteus, fragilis, receptaculo baſeos ſuccoſo.

Habitat in fruticetis aridis umbroſis Hiſpaniolæ. ♃

OPHIORRHIZA. S. V. 197.

OPHIORRHIZA *Mitreola*, floribus digynis. *Tab. III. f. II.*

O. Mitreola, *foliis ovatis*. S. V. 197. 2.

DESCR. *Radices* ex nodis caulis inferioribus faſciculatæ, longæ, filiformes, albæ.

Cau-

Caulis herbaceus, pedalis, ſimplex l. ramoſus; erectus, inferne tetragonus, verſus ſuperiora teretiuſculus, glaber, laxus.

Folia petiolata, oppoſita, lanceolata-ovata, acuminata, integra, utrinque glabra.

Foliola in axillis majorum.

Pedunculi terminales, dichotomi, laxi; *floribus* minutis, ſeſſilibus, ſecundis, diſtinctis, albis. *Flos* ſolitarius in dichotomia pedunculorum.

Cal. minutus, 5-partitus: *laciniis* erectis.

Cor. tubuloſa, calyce longior: *limbo* 5-fido; *laciniis* ovatis, acutis, erectis, ſæpe inflexis. *Faux* villoſa, alba.

Filamenta breviſſima, e medio tubi. *Antheræ* conniventes ſub villo ſupra ſtigmata, luteæ.

Germen ad baſin 2-partitum, oblongum. *Styli* duo. *Stigmata* ſubrotunda albida, pubeſcentia.

Capſula ad baſin bifida, 1-locularis, 2-valvis; valvulis latere interne longitudinaliter dehiſcentibus.

Semina numeroſa; receptaculis duobus ſingulæ valvulæ aduatis, inſerta. ⊙

Incolit loca aquoſa graminoſa, juxta ripas fluviorum Jamaicæ.

Floret vere.

LISIANTHUS. S. V. 197.

LISIANTHUS *Chelonoides.* S. V. 197. 3. *ſuppl.* 134.

Obs. Exclude *L. alatum Aubl. guian. p. 204. t. 80.* qui alia & nova ſpecies.

LISIANTHUS *Cordifolius.* S. V. 197. 2.

Obs.

Obs. Diſtinctus a *L. longifolio, foliis ſemper cordatis, ſummis tantum ovatis, ſeſſilibus, nec petiolatis;* corollis *fere majoribus.*

RANDIA. S. V. 197.

Obs. Conjungi debet cum Genere Gardeniæ, monente affinitate cum *G. echinata, uliginoſa, muſſendæ, ſcandente, jaſminoide* &c. Bacca, etiam immatura, *2-locularis*, & in matura *diſſepimentum* adhuc *tenuiſſimum* adeſt. Figura Corollæ præterea in toto Genere *Gardeniæ* maxime variat. Ideoque appellanda:

GARDENIA *Randia*, ſpinoſa, foliis ſubrotundis, ſpinis ramorum decuſſatis, corollis hypocrateriformibus, dentibus calycinis lanceolato-ſubulatis. *Prodr.* 52.

Randia aculeata. S. V. 197. 2.

Jaſminum ſpinoſum americanum, folio lucido ſubrotundo. Sloan.

Lycium forte foliis ſubrotundis integris, ſpinis & foliis ex adverſo ſitis. Sloan. h. 2. t. 2. f. 4.

Randia. Brown. jam. 143. t. 8. f. 1. *mala.*

Hujus varietas adultior, ſpinis carens, *videtur:*

Randia mitis Linn. S. V. 197. 1.

Cacao affinis, frutex ſpinoſus, Lycii facie, Jaſmini flore albo. Sloan. h. 2. 18. — t. 161. f. 1.

PLUMBAGO. S. V. 199.

PLUMBAGO *ſcandens.* S. V. 199. 4.

P. ſpicis ramoſis terminalibus, petiolis brevibus, flore albo. Brown. jam. 158.

Descr.

Descr. *Caulis* ſuffruteſcens, ſcandens, interdum decumbens, laxus, flexuoſus, ramoſus, teres, ſtriatus, glaber.

Folia petiolata, alterna, ovato-lanceolata, acuminata, nervoſa, patentia, integra, utrinque glabra. *Foliola* duo minora, ad baſin medii; *duo* ſupra idem.

Petioli breviſſimi, compreſſi, canaliculati, ſemiamplexicaules, margine membranacei, baſi ſubtus macula rubra.

Flores terminales, ſubpaniculati, plerumque ſpicati, ſeſſiles, ſparſi, approximati.

Foliola ſeſſilia ſub floribus.

Cal. inferus, tubuloſus, medio & verſus baſin ventricoſus, 5-gonus, 5-ſulcatus, glanduloſus, (*pilis* glanduliferis.)

Cor. infundibuliformis. *Tubus* anguſtior.

Limbus patens, 5-partitus, *laciniis* ſubrotundis apice emarginatis, medio acumine breviſſimo.

Nectaria 5. ſubrotunda, lutea, circa germen, fundo calycis inſerta.

Filamenta 5. incraſſata, approximata, ſubulata. *Antheræ* apici filam. inſidentes cæruleæ.

Germen ovatum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* 5-fidum.

Semen tunicatum, capſula quaſi incluſum, calyce perſiſtente tectum.

Incolit ſepes aridas Jamaicæ auſtralioris. ♄

CONVOLVOLUS. S. V. 200.

CONVOLVOLUS *umbellatus.* S. V. 201. 17.

Descr.

Descr. *Caulis* herbaceus, volubilis, filiformis, ſtrictus, ſubdiviſus, teres, pubeſcens.

Folia petiolata, profunde cordata, lanceolata, angulis baſeos rotundatis, margine ſubrepando, integro, ſubtomentoſa, inferne incana.

Petioli craſſiuſculi, teretes.

Pedunculi petiolis longiores, teretes, floribus terminalibus confertis, *pedicellis* 3-floris, ut flores quaſi umbellati; *floribus* pedicellis unifloris *pedunculis* partialibus multo longioribus.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* duo paullo breviora.

Cor. campanulata, medio dilatata, mediocris, lutea. *Limbo* plicato, obtuſe 5-angulari.

Antheræ albidæ, oblongæ.

Germen oblongum. *Stylus* ſimplex. *Stigmata* 2. globoſa.

Capſula 2-loc. 2-ſperma. *Semina* atra, angulato-ſubrotunda, villoſo-velutina.

Habitat in ſepibus Jamaicæ. Vere florens.

CONVOLVULUS *quinquefolius*. S. V. 202. 39.

Descr. *Caulis* herbaceus, volubilis, filiformis, teres, hirſutus.

Folia ſubpedata, quina, digitata, interiora duo minora, lanceolata, acuta, ſerrata, nervoſa, venoſa, utrinque glabra.

Petioli teretes, recurvi, pubeſcentes, breves.

Pedunculi axillares, ſolitarii, foliis duplo longiores, 3-flori, erecti, pubeſcentes, floribus pedicellis unifloris.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* oblonga, 3 interiora majora; perſiſtentia, glabra, pallida.

Corol.

Corolla campanulata, mediocris, alba. *Tubus* baſi anguſtior, medio ventricoſus. *Limbus* 5-gonus, plicatus, patens.

Filamenta e baſi tubi. *Antheræ* oblongæ.

Germen apice depreſſum. *Stylus* longitudine tubi. *Stigmata* duo, ſubgloboſa.

Capſula ſubrotunda, 2-locularis, 2-ſperma.

Semina ſubrotunda.

Habitat in ſepibus Jamaicæ auſtralis. ⊙

CONVOLVOLUS *repens.* S. V. 57. S. pl. 446. 47.

Obs. Exclude ſynonymon *Rheedii.*

Planta Linn. *a* Gronovio *citata, forte diverſa a* Plumieriana, *cujus* folia ſubhaſtata, nec ſagittata.

Descr. *Radices* albidæ.

Caulis repens, geniculatus, radicans, angulatus, compreſſus, ſubdiviſus.

Folia terminalia, conferta, petiolata, oblonga, ſubinde obtuſe ſagittata, integra, apice emarginata, vix venoſa, glaberrima, ſubſucculenta.

Petioli longiuſculi.

Pedunculi ex alis petiolorum terminalium longitudine foliorum, erecti, uniflori.

Flores majuſculi, albidi.

Incolit arenoſa maritima Jamaicæ.

CONVOLVOLUS *braſilienſis.* S. V. 204. 62.

Convolvolus maximus catharticus, folio rotundo. Sloan. cat. 57. h. 155. Raj. p. 726.

IPO-

IPOMOEA. S. V. 204.

IPOMOEA *Quamoclit.* S. V. 204. 1.

I. foliis capillaceis pinnatis, floribus rubellis ſolitariis. Brown. jam. 155. 1.

IPOMOEA *coccinea.* S. V. 204. 5.

I. foliis cordatis productioribus, tubo floris arcuato, limbo crenato. Brown. jam. 155. 3?

DESCR. *Caulis* herbaceus, volubilis, 4-angularis, glaber, flexuoſus.

Folia petiolata, cordata, baſi angulato-retuſa, 5-angulata, acuminata, utrinque glabra.

Pedunculi longiſſimi, axillares, erecti, teretes, 2-partito-2-fidi; *pedicellis* unifloris.

Flores longi, coccinei, Quamoclit majores.

Cal. 5-fidus, perſiſtens; *laciniis* lanceolatis.

Cor. Tubus baſi anguſtior, longus, ſubcurvo-teres nitens. *Limbus* plicatus, 5-fidus. *Laciniæ* oblongæ, obtuſæ, planæ. *Fundus* nectariferus.

Stamina corolla longiora. *Antheræ* albidæ.

Germen ſuperum. *Stylus* filiformis. *Stigma* capitatum, 4-lineatum.

Capſula ſubrotunda, 4-loc. 4-ſperma.

Semina ſolitaria, ſubrotundo-angulata, rugoſa, nigra.

Incolit fruticeta Jamaicæ auſtralis.

IPOMOEA *Bona nox.* S. V. 204. 10. Syſt. pl. 450. 10.

OBS. Exclude ſynonymon *Rheedii.*

RONDELETIA. S. V. 212.

Character eſſentialis correctus.

Cor. infundibuliformis, fauce nectarifera. *Capſ.* 2-locularis, infera, ſubrotunda, coronata. *Sem.* plura l. ſolitaria. Tab. X. fig. II.

Char. naturalis emendatus.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, 5-partitum, perſiſtens. *Laciniæ* acutæ, erectæ.

COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, calyce longior, *verſus limbum* ventriculoſus. *Limbus* 5-partitus, reflexo-planus: *laciniis* ſubrotundis.

Nectarium annulus crenatus, faucem contrahens.

STAM. *Filamenta* 5. ſubulata, medio tubo inſerta. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* 2-fidum.

PER. *Capſula* ſubrotunda, coronata, 2-locularis, bipartibilis ſine diſſepimentis.

SEM. plura angulata, l. ſolitaria hemiſphærica.

Ordo

Ordo natural. XXX. inter *Macrocnemum & Vincam.*

Obs. Species hujus generis in duas tribus apte diſpeſcuntur, ſcil.

a.) R. ſem. pluribus.

b.) R. ſem. ſubſolitariis.

RONDELETIA *aſiatica.* S. V. 212. 2.

Obs. Certe non hujus generis, ſed diſtincta a congeneribus. *Figura* enim *corollæ* diverſa, & *Fructus bacca.*

RONDELETIA *odorata*, foliis ſubcordato-ovatis obtuſiuſculis ſcabris, petiolis breviſſimis, pedunculis cymoſis tripartitis terminalibus.

R. obovata. Syſt. veg. ed. XIV. 212. 3.

R. odorata. Jacq. am. 59. t. 42.

Descr. *Frutex* 5-6-pedalis.

Rami juniores villoſi, teretes.

Folia breviſſime petiolata, oppoſita, baſi ſubcordata, ovata, minora, obtuſiuſcula, integra, ſuperne ſcabroſa, venoſa, rigida.

Stipulæ intrapetiolares, latæ, acutæ.

Pedunculi terminales, umbellato-cymoſi, faſtigiati, 3-partito-3-fidi.

Flores miniati, majuſculi, odoratiſſimi. Partes fructificationis ut in char. gen.

Capſulæ polyſpermæ. *Sem.* angulata.

Habitat rarius in India occidentali. ♄

MACROCNEMUM. S. V. 212.

Character eſſentialis emend.

Cor. ſubcampanulata. *Capſula* bilocularis; *valvulis* lateribus externe dehiſcentibus. *Sem.* imbricata.

MACROCNEMUM *jamaicenſe.* S. V. 212. *Tab. III. fig. I.*

Descr. *Arbuſcula*, caule ramoſo, lævi. *Rami* longi, laxi, teretes, cicatricati.

Folia approximata, verſus ſuperiora ramulorum petiolata, oppoſita, magna, oblonga, acumine brevi, integra, nervoſa, utrinque glabra. *Petioli* breves, craſſiuſculi, teretes, glabri.

Flores ſubpaniculati. *Pedunculi* axillares, oppoſiti, foliis longiores, teretes, compreſſi, glabri, ſuperne 3-partiti, ramulis 3-chotomis, ultimis unifloris.

Corollæ majuſculæ, luteo-virides.

Cal. ſuperus, turbinatus, minutus, 5-dentatus, perſiſtens.

Cor. tubulóſa, fauce ampliata, (ſubcampanulata.) *Tubus* ſemiuncialis, æqualis, fauce anguſtior, ante floreſcentiam 5-gonus, deinde cylindraceus. *Limbus* 5-fidus: *laciniis* ovatis, acutis, ſuberectis.

Filamenta longitudine tubi, ſubulata, a baſi ſupra medium valde hirſuta, ſubinclinata. *Antheræ* verticales, oblongæ, fulvæ.

Germen obconicum, inferum, glabrum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* 2-lobum.

Capſula turbinata, 2-locularis, 2-valvis: *Valvulis* lateribus externe dehiſcentibus.

Semi-

Semina plurima, acuta, imbricatim diſpoſita.

Incolit umbroſa ad ripas rivulorum Jamaicæ auſtralis.

BELLONIA. S. V. 213.

BELLONIA *aſpera*, foliis ovatis ſerratis, floribus corymboſis terminalibus.

Obs. Hac differentia ſpec. diſtinguitur ab altera, *B. ſpinoſa. Prodr. p. 42.*

B. aſpera adhuc obſcura, a ſolo *Plumiero* viſa, ejuſque fide recepta.

PORTLANDIA. S. V. 213.

PORTLANDIA *grandiflora*, floribus pentandris, capſulis ovatis, foliis oblongis acuminatis.

P. grandiflora, floribus pentandris. S. V. 213. 2.

Figura Brownei *optima.*

Descr. *Arbuſcula l. Frutex* orgyalis.

Caulis ramoſus, lævis.

Folia petiolata, oppoſita, oblonga, acuminata, ſpithamæa, nervoſa, venoſa, utrinque glabra, nitida, plana.

Stipulæ intrapetiolares, magnæ, latæ, acuminatæ.

Flores ſolitarii, axillares, pedunculati, maximi.

Calycis foliola patentia, interdum colorata.

Corollæ 5-6-unciales, clavato-infundibuliformes, pentagonæ, albæ, angulis interdum carneis, odoræ.

Filamenta longitudine tubi; *Antheræ* plerumque ſpirales, flavæ, apici filamentorum inſertæ.

Piſtillum long. ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Capſula oblonga, coronata, 5-gona, 5-ſtriata, retuſa, bilocularis, bivalvis, ab apice bipartibilis diſſepimento contrario, polyſperma.

Semina ſubrotundo-compreſſa, imbricata.

Incolit calcareoſa petroſa Jamaicæ. ♄

Floret media æſtate in autumnum.

Cortex amariſſimus, ut in congeneribus.

PORTLANDIA *hexandra.* S. V. n. 3.

Coutarea ſpecioſa. Aubl. guian. 314. t. 122.

Obs. Ordine nat. Portlandia *Contortis* accedit.

SCÆVOLA. S. V. 213.

SCÆVOLA *Lobelia.* Syſt. pl. 1. 476.

Descr. *Caulis* ſuffruteſcens, 2-pedalis, ſimpliciuſculus, craſſus, teres, glaber.

Folia petiolata, ſparſa, oblonga, integra, carnoſa, avenia, glaberrima.

Racemi axillares, dichotomi, terminales. *Pedicelli* uniflori.

Bracteolæ oppoſitæ, ſubulatæ ſub floribus, l. in dichotomia racemorum, infra villoſæ.

Cal. ſuperus, minutus, dentato-crenatus.

Cor. *Tubus* longitudinaliter fiſſus, ſubrecurvus, ad baſin interne tomentoſus, nectariferus. *Limbus* 5-fidus, lateralis; *laciniis* craſſiuſculis, ſecundis, lanceolatis, acutis. *Faux* villoſa.

Fila-

Filamenta ex baſi corollæ. *Antheræ* lineares, 2-loculares, liberæ, luteæ.

Germen glabrum, oblongum, inferum. *Stylus* craſſiuſculus, declinatus per fiſſuram tubi. *Stigma* compreſſum dilatatum, emarginatum.

Drupa infera, calyce coronata, ſubrotunda, 1-locularis. *Nucleus* 2-locularis, ovatus, rugoſus: *loculis* monoſpermis.

Incolit littora marina ubique inter Tropicos.

CINCHONA. S. V. 213.

Char. eſſentialis correctior.

Capſula bilocularis, bipartibilis, valvulis diſſepimentis parallelis interne dehiſcentibus. *Cor.* hypocrateriformis. *Sem.* alata.

Cor. hypocrateriformis. *Capſula* infera, 2-locularis, diſſepimentis parallelis intus dehiſcentibus. *Sem.* alata, imbricata.

Char. naturalis emendatus.

CAL. *Perianthium* monophyllum, 5-dentatum, perſiſtens.

COR. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus, calyce multoties longior. *Limbus* 5-partitus, ante explica-

 tionem

tionem contortus: *laciniis* patentibus. *Faux* villoſa aut nuda.

STAM. *Filamenta* 5. tubo inſerta. *Antheræ* lineares, erectæ.

PIST. *Germen* inferum, ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* incraſſatum, ovatum, 2-partitum.

PER. *Capſula* ſubturbinata, 2-locularis, 2-valvis: *valvulis* diſſepimentis parallelis longitudinaliter introrſum dehiſcentibus.

SEM. numeroſiſſima, ovata, compreſſa, undique membrana cincta.

Ord. nat. XXX. Contortæ *inter* Macrocnemum & Vincam.

OBS. Fructu inprimis diſtinguitur CINCHONA a congeneribus.

RONDELETIA: *Capſula* 2-loculari, 2-partibili, ſine *diſſepimentis propriis.*

MACROCNEMUM: *Capſula* 2-loculari, valvulis lateribus externe dehiſcentibus. Vid. *Tab. III. f. I. d.*

PORTLANDIA: *Capſula* 2-loculari, ab apice dehiſcenti diſſepimento contrario.

CINCHONA *officinalis*, foliis ovatis glabris, floribus paniculatis hirſutis, ſtaminibus incluſis.

CINCHONA *Caribæa*, foliis ovato-lanceolatis, pedunculis axillaribus terminalibusque unifloris, ſtaminibus exſertis.

C. cari-

C. caribæa. S. V. 213. 2. Jacq. h. 61. tab. 176. Obſ. 27. t. 47.

Cinchona jamaicenſis. Philoſ. Transact. Vol. 67. p. 504. t. 47.

Descr. *Arbuſcula* trunco 15-20-pedali, cortice lævi. *Rami* laxi, longiores, teretes, læves.

Folia ad apices ramulorum præcipue conferta, petiolata, oppoſita, decuſſata, ovato-lanceolata, acuminata, ſubreflexa, integra, ſecundum nervum medium canaliculata, utrinque glabrata. *Petioli* breves, laxi, glabri.

Stipulæ parvæ, interpetiolares, ovatæ, acutæ, glabræ, nigricantes.

Pedunculi longitudine petiolorum, terminales, axillaresve, oppoſiti, plerumque ſolitarii, uniflori, glabri.

Cal. 5-dentatus, parvus.

Cor. tubuloſa. *Tubus* pollicaris, quinquangularis. *Limbus* (inexplicatus 5-gonus contortus) 5-partitus: *laciniis* longiſſimis, tubo fere longioribus, linearibus, reflexis, margine revolutis.

Filamenta verſus baſin tubi inſerta, filiformia. *Antheræ* lineares, erectæ, anguſtæ, longitudine fere filamentorum, exſertæ, flavæ.

Germen inferum, oblongum. *Stylus* ſtaminibus ſæpe longior. *Stigma* oblongum, viride.

Capſula oblonga, coronata, &c.

Incolit petroſa aridiſſima & maritima loca Jamaicæ.

Floret æſtate & circa finem anni.

Odor florum gratiſſimus. Cortex viridi fuſcus, odore nauſeoſo, ſapore amariſſimo, tactu glutinoſo. Succedaneum Cort. Cinchonæ peruviani. (*Vid. Philoſ. transact.* ſ. m.)

Obs. Commode ſeparantur Species hujus generis in

a. *C.* floribus tubo breviore.
b. — — tubo elongato.
De pluribus ſpec. vid. Prodr. p. 41. 42.

PSYCHOTRIA. S. V. 103.

PSYCHOTRIA *aſiatica.* Syſt. pl. 477. 1.

Obs. Diſtincta ſpecies *Indiæ orientalis*, ab illa ex *India occidentali.*

Synonymon Brownei (jam. 161. t. 17. f. 2.) *ad* P. citrifoliam *potius referri debet.* (Prodr. p. 43.)

P. carthaginenſis Jacq. *certiſſime diverſa eſt ſpecies, & forte ad* P. Laurifoliam *pertinet. (Prodr. p. 43.)*

Numeroſiſſimæ hujus generis ſpecies in America calidiore *proveniunt, quas fere omnes ignoravit b. m. a* Linne, *ideoque ſynonyma facile confudit.*

PSYCHOTRIA *herbacea.* S. pl. 478. 3.

Descr. *Caulis* herbaceus, reptans, filiformis teres, glaber.

Folia petiolata, oppoſita, patentia, cordata, acuta, obtuſe ſerrata, ſupra glabra, nitida, inferne argentea, albeſcentia.

Petioli teretes, longiuſculi, erecti, pubeſcentes.

Stipulæ oppoſitæ, ovatæ, emarginatæ, albidæ.

Pedunculi petiolis breviores, erecti, craſſiuſculi, teretes, communiter radicales, interdum axillares, pauciflori. Flores albi.

Cal. 5-partitus, ſuperus.

Cor.

Cor. *Tubus* inferne anguſtior. *Limbus* patens, 5-partitus, extus pubeſcens.

Stam. incluſa.

Stylus apice bifidus. *Stigmata* craſſiuſcula.

Bacca ſubrotunda, coccinea, coronata, diſperma.

Semina hemiſphærica, oblonga, ſulcata.

Incolit umbroſa Indiæ occidentalis.

Observationes.

Figura corollæ Psychotriæ in diverſis ſpeciebus diverſa, *tubuloſa*, *hypocrateriformis*, l. *infundibuliformis*, fauce *villoſa* aut *nuda*.

Character eſſentialis conſiſtit in *Bacca 2-ſperma: Seminibus hemiſphæricis, ſulcatis.* Inflorescentia in fere omnibus *racemoſo-paniculata*.

Bacca ſemper *unilocularis*, licet ſemina immatura *loculamenta duo* repræſentant.

Ad Psychotriam referri debent: *Nonatelia*, *Semira*, *Mapouria* & forte *Bertiera*, genera Aubletii ab illo in *Hiſt. de Guiane* ab hoc genere ſeparata, cujus ſpecies potius ſunt. Ipſa Nonatelia, quam fructu 5-loculari determinavit, etiam 2-ſperma eſt.

COFFEA. S. V. 215.

COFFEA *occidentalis.* S. V. 215. 2.

Jaſminum forte arboreum, foliis ex adverſo naſcentibus oblongis acuminatis. Sloan. cat. 169. h. 2. 97.

CHIO-

CHIOCOCCA. S. V. 215.

Char. eſſentialis correctus.

Cor. infundibuliformis. *Bacca* infera, ſubcompreſſa, diſperma. *Sem.* lævia.

Obs. *Pſychotriis* proxima, differt vero præter inflorefcentiam, quæ ſemper racemoſa, *figura corollæ*, *Bacca* & *ſeminibus*.

CHIOCOCCA *racemoſa.* S. V. 215. 2.

Descr. *Caulis* orgyalis & ultra, ſcandens, ramoſus: *ramis* laxis, horizontaliter patulis, glabris.

Folia petiolata, oppoſita, oblonga, acuminata, nervoſa, ſupra nitida, glabra.

Stipulæ intrapetiolares, minutæ, acuminatæ.

Racemi axillares, aliis *l. ramulis* oppoſiti, laxi, ſimplices l. ſubdiviſi, foliis vix longiores, multiflori: *floribus* pedunculatis, plerumque geminatis, ſecundis; luteo-pallidis.

Cal. ſuperus, 5-dentatus, parvus.

Cor. infundibuliformis. *Tubus* ventricoſus, leviter 5-gonus. *Limbus* 5-fidus: *laciniis* ovatis, acutis, patulis.

Filamenta 5. brevia, ex fundo corollæ, villoſa. *Antheræ* lineares, longitudine tubi ventricoſi.

Germen ſubrotundum, compreſſum. *Stylus* verſus apicem incraſſatus. *Stigmata* duo, obtuſa.

Bacca ſubrotunda, leviter compreſſa, nivea, coronata, diſperma.

Sem. oblonga, acuminata, compreſſa.

Varietas Brown. jam. 164. 2.

Folia minora, ſubconvexa, rigidiuſcula, nitida.

Race-

Racemi breves, ſimplices.

Corollæ paullo majores, pallidæ, angulis purpuraſcentibus.

Incolit fruticeta ſubalpina Indiæ occidentalis. Snowberry *Jamaicenſibus*.

CHIOCOCCA *paniculata*. S. V. 215. 1. Suppl. 145.

Obs. Eſt Species Psychotriæ, indicantibus: habitu, inflorefcentia, floribus & fructu in herbario *Linnæano* viſis.

Valde ſimilis Pſychotriæ alpinæ. Prodr. p. 44.

HAMELLIA. S. V. 215.

HAMELLIA *patens*. (Syſt. pl. 1. 480.) racemis terminalibus coloratis, foliis ternatis villoſo-pubeſcentibus.

H. patens: racemis patentibus. Jacq. am. 72. h. 50.

Periclymenum aliud arboreſcens, ramulis inflexis, flore corallino. Plum. ic. 218. f. 2.

Descr. Frutex l. arbuſcula.

Rami divergentes, patentes, teretes, glabri.

Folia petiolata, ternata, 4-5-nata, ovata, acuminata, integra, nervoſa, ſuperne pubeſcentia, inferne incana, villoſa, mollia, margine colorata.

Petioli colorati. *Nervus* medius ruber.

Stipulæ geminæ, intrapetiolares, ſubulatæ.

Racemi terminales, patentes, rubri; *ramulis* 3-chotomis; *floribus* ſecundis, ſubſeſſilibus, diſtantibus, rubro-coccineis. *Flos* ſolitarius medius, in dichotomia ſeſſilis.

Cal.

Cal. 5-dentatus, coloratus, ſuperus.

Cor. tubuloſa, longa, 5-gona, cylindrica. *Limbus* 5-fidus, erectus.

Filamenta longitudine tubi. *Antheræ* lineares, luteæ.

Stigma lineare, enſiforme.

Bacca ſubrotunda, coronata, nigra, 5-locularis, polyſperma.

Habitat in ſepibus montoſis Hiſpaniolæ.

Obs. Exclude ſynon. *Plumieri a* Linnæo citatum, quod *H. chryſanthæ* eſt, quacum hæc & plures ſpecies commixtæ. *Prodr. p. 46.*

MORINDA. S. V. 217.

MORINDA *Royoc.* S. V. 217. 3.

M. ſuffruticoſa, foliis oblongis anguſtis, utrinque acutis, radice crocea. Brown. jam. 159. 1.

Descr. *Caulis* fruticoſus, pedalis, inferne procumbens, ramoſus. *Rami* ſimplices.

Folia petiolata, lanceolata, integra, glabra; *ramuli* ex axillis foliorum oppoſiti.

Flores terminales, in receptaculo globoſo aggregati, albi.

Cal. tubuloſus, craſſus, indiviſus.

Corolla infundibuliformis. *Tubus* interne villoſus, fundo nectarifero. *Limbus* 5-partitus: *laciniis* patentibus, lanceolatis.

Filamenta brevia. *Antheræ* luteæ.

Germen inferum. *Stylus* 2-fidus. *Stigmata* reflexa.

Baccæ aggregatæ, unicuique *Semina* duo.

Incolit fruticeta, præſertim maritima Jamaicæ.

CONO-

CONOCARPUS. S. V. 217.

CONOCARPUS *erecta.* S. V. 217. 1.

Descr. *Arbor* & *frutex.*

Truncus lævis, *ramis* ſubdiviſis, teretibus, verſus apices 4-gonis.

Folia petiolata, alterna, ovato-lanceolata, acuta, integra, nervoſa, utrinque glabra craſſiuſcula.

Glandulæ duæ oppoſitæ juxta baſin foliorum ad latera petiolorum, ſubrotundæ, depreſſæ.

Racemi terminales, axillares, laxi, angulati, foliis longiores: *floribus* in globum aggregatis, numeroſiſſimis, minutis, ſeſſilibus, flavis.

Cal. ſuperus, 5-partitus: *laciniis* breviſſimis, conniventibus, ſubulatis, perſiſtentibus.

Petala nulla.

Filamenta 5-10. ſubulata, e baſi calycis. *Antheræ* ſubrotundæ, albidæ.

Germen inferum, compreſſum, cum multis aliis conglobatum. *Stylus* ſubulatus, baſi coccineus, hirſutus. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Per. nullum. *Semina* in formam coni globoſi collecta, membrana germinis cincta, tandem nuda, compreſſa, margine membranaceo.

Vulgatiſſima ad littora argilloſa marina Indiæ occidentalis. ♄

Floret vere: Januario in Mart.

CONOCARPUS *racemoſa.* S. V. 217. 3.

Descr. Arbor *alta & frutex.* Rami *longi, erectiuſculi, ſubdiviſi, læves.* Ramuli *4-goni.*

Folia petiolata, oppoſita, elliptica, oblonga, integra, ſubcoriacea, pallide viridia, utrinque glabra. *Petioli* angulati, rufeſcentes.

Race-

Racemi oppoſiti, 3-fidi, multiflori, *floribus* ſeſſilibus ſegregatis.

Bracteæ l. ſquamæ luteæ, ſub floribus.

Cal. concavus, 5-dentatus, pallidus.

Petala 5. minuta, ſubrotunda, inter & infra dentes calycis, erecta, alba.

Filamenta 10, alterna; 5 longitudine petalorum, 5 inferiora, ſub dentibus calycis inſerta. *Antheræ* luteæ, ſubrotundæ.

Germen cordatum, depreſſum, compreſſum, 10-ſtriatum, ferrugineum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Fructus compreſſi, obovati, ſulcati, coronati, non dehiſcentes. *Semina* germinantia intra cruſtam.

Incolit paludoſa maritima Caribæarum.

Floret media æſtate.

Incolis Anglis: White Mangrove.

ERITHALIS. S. V. 218.

ERITHALIS *fruticoſa.* S. V. 218.

DESCR. *Arbuſcula & frutex.*

Caulis lævis, ramoſus.

Folia petiolata, decuſſata, oppoſita, elliptica, integra, ſupra leviter nervoſa, nitida, inferne enervia, pallidiora.

Corymbi terminales, compoſiti; *ramulis* compreſſis; foliis vix longiores; *pedunculis* decuſſatis, multifloris. *Flores* albi, parvi.

Cal. ſuperus, 10-dentatus, urceolatus, minutus, 5-gonus.

Petala 5. linearia, obtuſa, patula.

Fila-

Filamenta 5, (6, 8, 10,) e baſi calycis. *Antheræ* lineares, erectæ, luteæ.

Germen ſubrotundum. *Stylus* compreſſus. *Stigma* 2-fidum.

Bacca 10-locularis, infera, coronata, leviter 10-ſulcata, nigra. *Sem.* plura.

Habitat in petroſis maritimis Jamaicæ, *alibique in* India occidentali.

Variat: Foliis magnis ovatis, omnibusque partibus majoribus.

In rupibus Navazæ *inſulæ viſa.*

Floret toto anno.

MUSSÆNDA. S. V. 218.

MUSSÆNDA *ſpinoſa.* S. V. 218. 2.

Obs. Eſt Species Gardeniæ, & maxime affinis *G. uliginoſæ;* (Ind. or.) Habitus, flores & fructus præterea optime conveniunt. Charact. ſpecific. in *Prodr. p. 51.* ſequens:

GARDENIA *armata*, ſpinis ramulorum terminalibus quaternis, laciniis calycinis linearibus cuneiformibus, floribus aggregatis.

MATTHIOLA. S. V. 218.

Obs. Obſcura; & forte ſola ſpecies Guettardæ, *floribus pentandris.*

ATROPA. S. V. 221.

ATROPA *arboreſcens.* S. V. 222. 5.

DESCR. *Arbuſcula l. frutex.*

Caulis lævis, ramoſus; ramis ſubdiviſis teretibus, cicatricatis, ſcabroſis.

Folia petiolata, alterna, verſus apices ramorum congeſta, lanceolato-ovata, acuta, integra, nervoſa, inferne rugoſa, incano-mollia, colore obſcuro.

Flores pedunculati, congeſti, ſparſi in ramis infra folia, albi, odori, nutantes.

Pedunculi numeroſi, (30-40.) longi, filiformes, uniflori, albidi, glabri.

Cal. brevis, tubulatus, 4-5-fidus, albidus, perſiſtens.

Cor. ſubcampanulata. *Tubus* baſi anguſtior, ſuperne ventricoſus. *Limbus* 4-5-fidus: *laciniis* æqualibus, ovatis, obtuſis, reflexis.

Filamenta 4-5-æqualia, ſubulata, *corolla* duplo longiora. *Antheræ* ovatæ, erectæ, 2-valves, luteæ.

Germen ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* incraſſatum.

Bacca ſubrotunda, 2-locularis? polyſperma, nigra, mollis.

Incolit loca montoſa frigidiora Jamaicæ. *Baccæ plerumque verme quodam repletæ. Floret autumno.*

SOLANUM. S. V. 223.

SOLANUM *Verbaſcifolium.* S. V. 223. 2.

S. bahamenſe. Mili. dict.

SOLANUM *Havanenſe*, caule inermi fruteſcente, foliis oblongo-lanceolatis integris nitidis, racemis axillaribus.

Figura JACQUINI *non optima.*

S. ha-

S. havanenſe, caule — pedunculis bifloris. S. V. 223. 8.

DESCR. *Caulis* fruticoſus, 3-4-pedalis, ramoſus, inermis; *ramis* erectis, teretibus, glabris.

Folia alterna, petiolata, oblonga, baſi cuneata, apice brevi obtuſo, integra, nervoſa, utrinque glabra, infra pallida, craſſiora.

Racemi rari, terminales, ſolitarii, 4-7-flori. *Flores* pedunculati. *Pedunculi* uniflori, breves.

Cal. ſemi-5-partitus: *laciniis* oblongis, perſiſtentibus, margine albo-coloratis.

Cor. majuſcula, cærulea: *limbo* ſemi-5-fido, patente; *laciniis* latis, plicatis.

Filamenta breviſſima. *Antheræ* conniventes, apice poris 2-polliniferis; luteæ. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* ſimplex, acutum.

Incolit loca maritima Jamaicæ, *ſolo calcareo. Floret Junio.*

SOLANUM *Lycoperſicon.* S. V. 224. 15.

Lycoperſicon ſubhirſutum, foliis varie inciſis, interruptis & varie pinnatis, calycibus 7-partitis. Brown. jam. 175. 2.

Inſularibus Ind. occid. Tomato *audit. Fructus ſubacidus edulis.*

SOLANUM *nigrum.* ε. virginicum.

S. humilius, diffuſum, foliis ovatis, ramulis marginatis, umbellulis florum ſparſis. Brown. jam. 174. 6.

OBS. *Caulis* angulatus, angulis aculeis recurvatis minimis inſtructis.

SOLANUM *inſanum.* S. V. 224. 26.

Obs. Variat in Cultis caule *inermi*, foliis *ſcabroſo-hirſutis*, *poſtice farinoſo-incanis.*

Pedunculi terminales, breves, uniflori, aculeati, incraſſati.

Corollæ cæruleæ, magnæ, nutantes.

Fructus ovi anſerini magnitudinis, ovatus, glaberrimus, luteus, albus l. cæruleus.

Hoſpitatur & colitur in hortis Ind. occidentalis, *pro uſu culinario.*

SOLANUM *Campechienſe.* S. V. 225. 28.

S. acanthifolium. Mill.

SOLANUM *bahamenſe.* S. V. 226. 40.

S. fruticoſum. Mill.

GENIPA. S. V. 225.

Obs. Species Gardeniæ potius eſt, a cujus genere præcipue diſcrepat, *figura Corollæ*, quæ tamen in illa maxime variat *tubo longiſſimo* & *abbreviato.*

GARDENIA *Genipa*, inermis, foliis oblongo-lanceolatis, pedunculis axillaribus multifloris, corollis hypocrateriformibus, tubo abbreviato. *Prodr. p.* 51.

CESTRUM. S. V. 227.

CESTRUM *nocturnum.* Syſt. pl. 524. 1.

Obs. Exclude ſynonyma *Sloanei* & *Brownei*, eaque transpone in

CE-

CESTRUM *veſpertinum.* S. pl. 524. 2.

Obs. Deſcriptio in Sp. pl. optima.
Flores 4-terni & 5ni, virideſcentes.
Filamenta mutica, ſine denticulo.
Baccæ cæruleæ.
Cortex & fructus fœtentes.

JACQUINIA. S. V. 229.

JACQUINIA *armillaris*, foliis obtuſis coriaceis, floribus racemoſis, baccis ſub-4-ſpermis.

J. armillaris, foliis obtuſis cum acumine. S. V. 229. 1.

Xyloceſte fruticoſum, foliis ellipticis, ſubtus cinereis, pedunculis ramoſis alaribus. Brown. jam.

Arbor baccifera, laurifolia, fructu corallino ribum inſtar racemoſo calyculato venenato. Sloan. h. 2. 89. t. 190. 2.

Descr. *Arbuſcula* 2-6-pedalis, *ramis* ſubdiviſis, ſtrictis, teretibus, ſulcatis, fragilibus, incanis.

Folia ſparſa, alterna, petiolata, verſus apices ramulorum conferta, cuneata, ovata, obtuſe marginata, integerrima, avenia, coriacea, glabra, ſubtus pallida, punctis minutiſſimis nigris.

Flores racemoſi. *Racemi* terminales, foliis fere breviores, ſolitarii, erecti, multiflori. *Pedunculi* ſparſi, patentes, uniflori.

Cal. Foliola 5, ſubrotunda, incumbentia, perſiſtentia.

Cor. 10-fida, alba. *Tubus* baſi anguſtior, ſuperne dilatatus. *Laciniæ* 5 exteriores patentes, oblongæ:

longæ: 5 interiores, breviores, inter exteriores fauci inſertæ; ſubrotundæ, crenulatæ, erectæ.

Filamenta e baſi corollæ, tubo breviora. *Antheræ* ovatæ, albæ.

Germen ſuperum: *Stylus* brevis, perſiſtens. *Stigma* obtuſum, purpureum.

Bacca ſubrotunda, glabra, fulva.

Sem. 4. rarius 3-5, ovata, nitida, fuſca.

Creſcit in rupibus calcareis verſus mare, Jamaicæ. *Floret Februario & Martio.*

CORDIA. S. V. 230.

CORDIA *Geraſcanthus.* S. V. 230. 4.

Descr. *Arbor* mediæ magnitudinis.

Caulis ramique inermes, patuli, teretes, glabri.

Folia petiolata, ſparſa, ovato-lanceolata, acuminata, integra, venoſa, (præcipue poſtice) glabra.

Paniculæ terminales, magnæ, compoſitæ ramulis patulis, alternis, trichotomis, multifloris; pedicellis ultimis 3-floris.

Flores majuſculi, venoſi, albi, perſiſtentes, marceſcentes.

Cal. tubulatus, 5-dentatus, 10-ſtriatus, perſiſtens.

Cor. *Tubus* infundibuliformis, faucem verſus dilatatus, fundo nectarifero: *Limbus* patens, 5-fidus; *laciniis* obtuſis, integris.

Filamenta a baſi ad medium corollæ adnata. *Antheræ* incumbentes, lineares, luteæ.

Germen oblongum. *Stylus* ſtaminibus brevior, dichotomus. *Stigmata* obtuſa, lutea.

Drupa —

Habitat in ſylvis Jamaicæ. *Vere florens.*

EHRE-

EHRETIA. S. V. 230.

EHRETIA *tinifolia.* S. V. 230. 1.

Descr. *Arbor. Racemi* inermes, teretiuſculi, ſubdiviſi.

Folia oblonga, obtuſa, integra, venoſa, glabra.

Paniculæ terminales; ramulis alternis, ſtriatis, glabris.

Flores terminales, albidi, parvi.

Cal. 5-partitus: *laciniis* ovatis, minutis.

Cor. 5-fida, calyce paullo major; *laciniis* ovatis, acutis, tandem revolutis.

Filamenta corolla longiora. *Stylus* ſtaminibus vix brevior, ſubulatus, bifidus. *Stigmata* ſimplicia.

Bacca ſphærica, 2-ſperma, lutea, denique nigra.

Semina hemiſphærica, 2-locularia.

Incolit campos ſaxoſos Jamaicæ.

PATAGONULA. S. V. 230.

Obs. Cordiis aſſociandam, ejusque veram eſſe ſpeciem, ſuadent *habitus, flores, dichotomia ſtyli, & ipſe fructus.* Non raro provenit arbuſcula in hortis *Anglicanis.*

VARRONIA. S. V. 231.

VARRONIA *lineata.* S. V. 231. 1.

V. fruticoſa, foliis rugoſis ovatis ſubhirſutis ſerratis alternis, capitulis ſubrotundis. Brown. jam. 172. 1. tab. 13. f. 2.

V. humilis, ſpicis ſubrotundis æqualibus, fructibus diſpermis. Jacq. am. 41. 5.

VARRONIA *bullata.* S. pl. I. 534. 2.

Obs. Exclude Synonymon *Jacquini*, quod novæ eſt ſpeciei, a Linnæo forte non viſæ. Vid. *Varr. mirabiloid. Prodr. p. 48.*

Descr. *Varroniæ bullatæ.*

Frutex caule orgyiali, verrucoſo, *ramis* teretibus, hirtis.

Folia petiolata, alterna, ſparſa, ovata, acuminata, duplicato-ſerrata, nervoſa rugoſa, ſcabra.

Flores in glomerulis ſubrotundis conferti.

Pedunculi terminales & axillares, foliis breviores, ſcabri. *Corollæ* parvæ, albæ.

Cal. 5-dentatus, campanulatus; *dentes* acuti, pilis ferrugineis hiſpidi.

Cor. cylindrica, calyce major; *limbo* 5-partito, patulo; *laciniis* obtuſis, crenatis, erectis.

Filamenta ſubulata, longitudine corollæ. — *Antheræ* incumbentes, baſi 2-fidæ, albidæ.

Germen ſuperum, ovatum. *Stylus* longitudine corollæ, apice 4-fidus. *Stigmata* tenuia.

Drupa ovata, calyce incluſa, libera, coccinea, 1-ſperma.

Nux 4-locularis, ſubrotunda.

Incolit fruticeta arida, dura, maritima Jamaicæ. *Floret vere.*

VARRONIA *globoſa.* S. V. 231. 4.

Obs. Videtur eſſe varietas *V. bullatæ*, cujus nomine ſpecimen *V. globoſæ* in herbario Linnæi invenitur.

VARRONIA *Curaſſavica* (S. V. 231. 5.) foliis ovato-lanceolatis, ſpicis oblongis.

Descr.

DESCR. *Caulis* fruticoſus, orgyialis, erectus, ramoſus; ramis ramulisque ſcabroſis, ferrugineis.

Folia petiolata, ovato-lanceolata, baſi rotundata, acumine obtuſo, ſubſerrata, nervoſa, rugoſa, ſupra ſcabra, infra tomentoſa.

Spicæ terminales, erectæ, oblongæ, unciales.

Pedunculus brevis, terminalis, (in ramulis) craſſus. *Flores* conferti, longitudinaliter ſecundum ſpicam ſeſſiles, majuſculæ, albæ.

Cal. inferus, campanulatus, ſubventricoſus, 5-dentatus, perſiſtens, leviter 5-gonus.

Cor. cylindrica, calyce longior. *Limbus* 5-partitus, patens.

Filamenta e medio tubo, baſi hirſuta. *Antheræ* incumbentes, ovatæ.

Germen ſubrotundum. *Stylus* corolla longior, medio 2-fidus, *laciniis* 2-fidis (*l. Stigma 4-plex,*) apice craſſiuſculis.

Drupa ſubrotunda, calyci inſidens & ſemitecta, coccinea, 1-ſperma.

Nux —

Incolit fruticeta & paſcua ſicca Jamaicæ. *Floret æſtate & autumno.*

VARRONIA *martinicenſis.* S. V. 231. 3.

OBS. A *Varronia curaſſavica* certe non diverſa, quæ ſæpe variat *foliis anguſtioribus & latioribus, magis minusve pubeſcentibus; ſpicis majoribus minoribusve.*

BRUNFELSIA. S. V. 231.

Charact. eſſential. correctus.

Cl. Didynamia. Ord. Angioſperm.
pone *Besleriam.*

Bacca 1-locularis, polyſperma, conceptaculo maximo. *Cal.* 5-dentatus.

Cal. 5-dentatus. *Cor.* Tubus longiſſimus. *Bacca* 1-loc. polyſperma, conceptaculo maximo *).

inter *Toreniam* & *Besleriam.*

Charact. nat. emendatus.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, 5-dentatum, perſiſtens; *dentibus* obtuſis, erectis.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longiſſimus. *Limbus* obliquus, patens, 5-fidus: *laciniis* latis, obtuſiſſimis.

Stam. *Filamenta* 4, filiformia, tubo inferne inſerta, duo longitudine tubi, duo breviora. *Antheræ* oblongæ.

Pist.

*) Charact. floris vid. Tab. IV. f. II.

PIST. *Germen* ſuperum, ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* craſſum, ſubrotundum.

PER. *Bacca* globoſa, coriacea, unilocularis; (bifariam plerumque dehiſcens.)

SEM. numeroſa, ovata, diſpoſita circa *Conceptaculum* maximum, carnoſum.

Ord. nat. XL. Perſonatæ, prope Besleriam.

BRUNFELSIA *americana*. S. pl. I. 535.

Cateſbæa fruticoſa; foliis oblongo-ovatis, floribus ſingularibus. Brown. jam. 141.

DESCR. *Arbor* 10-15-pedalis.

Truncus lævis. *Rami* laxi.

Folia petiolata, ovato-oblonga, acuminata, alterna, integra, glabra, ſubnitida.

Petioli teretes, breves, ſubreflexi.

Flores axillares & terminales, pedunculati.

Corollæ longiſſimæ, tubo 4-5-pollicari, luteæ, tandem albicantes, odoratiſſimæ.

Antheræ globoſæ, bifidæ: duæ filamentorum ſuperiorum, faucem claudentes una cum ſtigmate craſſo.

Fructus viridis, conceptaculo rubro.

Incolit montoſa fruticeta Jamaicæ. ♄ *Vere florens.*

SIDEROXYLON. S. V. 232.

OBS. Character hujus generis nondum bene extricatus.

S. te-

S. tenax & fœtidiſſimum ſpecies ſunt a Sideroxylo *diſtinctæ, adque* Bumeliam (Prodr. p. 49,) *referendæ ob* figuram nectarii *&* Drupam monoſpermam.

Corolla in hoc genere, ut & in *Chryſophyllo*, potius *5-fida*, nec *10-fida*. Laciniæ l. denticuli, ad baſin diviſurarum petalorum ſæpe obviæ, partes nectarii repræſentant; nectarium quoque Linnæus ipſe appellat in deſcr. *S. decandri.* — *R. S. pl. 1. 538. 6.* Interdum omnino deſunt, ut in *S. miti, melanophleo*, &c.

RHAMNUS. S. V. 232.

RHAMNUS *micranthus*. S. V. 233. 11.

Obs. Vera Species *Celtis*, quod ex figuris *Plumieri* & *Brownei* patet. Eſt

CELTIS *micranthus*, foliis oblique cordatis, ovato-lanceolatis ſerrulatis, ſuperne ſcabriuſculis. *Prodr. p.* 53.

RHAMNUS *iguaneus*. S. V. 234. 21.

Obs. Inter *Celtis* ſpecies hanc quoque locandum eſſe, jubent *flores monoici, Calyx absque ſquamis petaloideis, Styli duo*, & *fructus*.

CELTIS *aculeata*, foliis cordato-ovatis, apice obtuſis, ſubintegris, glabris; ramis aculeatis. *Prodr. p.* 450.

An R. Iguaneus *L. & Jacqu. eadem planta?*

CELA-

CELASTRUS. S. V. 237.

CELASTRUS *myrtifolius*. S. V. 237. 3.

Obs. Exclude ſynonym. *Sloan. hiſt. 2. p. 79. t. 193. f. 1.* quod ad novam ſpeciem Pruni pertinet. Vid. *P. ſphærofpermam. Prodr. p. 80.*

ITEA. S. V. 241.

Character eſſentialis.

Capſula 2-locularis, 2-valvis, polyſperma. *Stigma* emarginatum.

Charact. naturalis correctior.

Cal. *Perianth.* monophyllum, 5-fidum, erectum. *Laciniæ* lanceolatæ, acutæ, perſiſtentes, coloratæ.

Cor. *Petala* 5, ſeſſilia, lanceolata, acuminata, patentia, decidua.

Stam. *Filamenta* 5 ſubulata, erecta, longitudine corollæ, baſi calycis inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ovatum, ſuperum. *Stylus* perſiſtens, cylindraceus, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, obtuſa.

Per. *Capſula* ovata, calyce longior, ſtylo mucronata, 2-locularis, 2-valvis, polyſperma.

ITEA *virginica*, foliis ovatis acutis ſerratis. Vid. ſeq.

CYRILLA. S. V. 241.

Obs. Inter flores 5-petalos ſuperos, ubi in S. Veg. 14. p. 178. occurrit, minime locanda.

Nec proprii generis eſt planta, ſed ad Iteam amandari debet.

ITEA *Cyrilla*, foliis lanceolatis integris membranaceis. *Prodr. p.* 50. *Tab. IV. f. I.*

Cyrilla racemiflora. Linn. *Differt ab* Itea:

Petalis receptaculo nec calyci inſertis; *Stylo* bifido, & *Capſula* non dehiſcente.

HIRTELLA. S. V. 242.

HIRTELLA *americana*, foliis ovato-lanceolatis, ramulis hirſutis, racemis erectis ſimplicibus, floribus 5-dris.

Aubl. guian. p. 246. t. 98.

Descr. *Arbor* trunco 25-30 pedum, cortice ferrugineo. *Rami* virgati, ſparſi, patentes, ſubdiviſi, teretes, hirſuti. *Ramuli* teretes hirſuti.

Folia breviter petiolata, alterna, ovata, glabra, viridia, integra, acuminata, 3-6-pollicaria.

Stipulæ geminæ, lanceolatæ, ad baſi petiolorum deciduæ.

Racemi axillares, erecti, ſimplices, hirſuti, ferruginei.

Flo-

Flores alterni, pedunculati, hirtelli.

Cal. 5-partitus: *laciniis* reflexis.

Cor. *Petala* 5, unguiculata, rotundata, emarginata, cærulefcentia.

Filamenta 5, omnia fertilia, in latere altero ſita, longa, cæruleo-albida. *Antheræ* ſubrotundæ.

Germen rotundatum, villoſum. *Stylus* lateralis. *Stigma* obtuſum.

Bacca obovata, compreſſa, hirta, ſicca, monoſperma.

Habitat in Cayenna. Bois de Gaulette. Aubl.

Obs. Hanc plantam olim vidit Linnæus in herbario Pisonis, diſtinctiſſimam a Jacquiniana (*amer. 8. t. 8.*) quæ alia eſt ſpecies ex Inſulis *Antillicis*, mihi *H. triandra. Prodr. p. 51.* ideoque excludatur ut ſynon. *H. americanæ.*

VITIS. S. V. 244.

VITIS *indica.* S. V. 244. 2.

V. ſylveſtris, ſarmentis læte repentibus, uvis minoribus nigris. Brown. jam. 178. 1.

V. fructu minore rubro acerbo. Sloan. h. 2. p. 104. t. 110. f. 4.

V. vinifera, ſylveſtris americana. Pluk. phyt. 249. f. 1.

Obs. Eandem eſſe cum illa ex *India orientali*, teſtantur deſcr. & figura *Rheed. mal. 7. t. 6.*

Caules l. ſarmenta inferiora hujus viminis copia aquæ puriſſimæ frigidæque ſunt repleti, detruncatione mox exſtillantis. Hujus ope, incolæ, climatis torridi calori expoſiti, ſitim non raro commodeque exſtinguunt.

VITIS

VITIS *Labruſca.* S. V. 244. 3.

Obs. Exclud. ſynonymon *Sloanei*, quod præcedentis.

HELICONIA. S. V. 245.

Charact. eſſentialis correct.

Capſula (carnoſa) 3-locularis. *Cor.* irregularis. *Perianth.* nullum.

Locus in *Pentandria Monogynia*, poſt Flores *5-pet. ſuperos* inter Flores *Spathaceos irregulares.*

Spatha univerſalis, partialisque. *Per.* o. *Cor.* 3-petala, *nectario* diphyllo. *Capſula* carnoſa, trilocularis. *Sem.* ſolitaria.

HELICONIA *Bihai*, foliis ſpadiceque radicalibus, ſpathis diſtichis cordatis, nectario ventricoſo, apice bifido..

Muſa. Sp. pl. 1477. 3. Sloan. h. 147. 8. Brown. jam. 364. 3.

Bihai. Plum. Gen. 50. 3. Oved. l. 7. c. 9.

Exclud. Rumph. amb. & var. a—c.

Descr. *Planta* herbacea, maxima, 10-12-pedalis. *Folia* radicalia longe petiolata, oblonga, utrinque anguſtiora, integra, nervis parallelis lineata, erecta, conſiſtentia, glaberrima.

Petioli

Petioli longitudine foliorum l. longiores, teretes, craſſi, ſupra canaliculati.

Scapus erectus, longitudine petiolorum, teres, craſſus, glaber.

Spadix ſimplex, erectus.

Spathæ univerſales, plures (8-10) alternæ, rigidæ, cordatæ, amplectentes, erecto-patentes, acuminatæ, diſtichæ, luteo-fuſcæ.

Flores faſciculati in unaquaque ſpatha reconditi, *ſpathis* partialibus membranaceis, albidis, florum longitudine — diſtincti, ſubſeſſiles, pallide l. viridi-lutei *).

Per. nullum.

Cor. 3-petala; baſi cohærens, inæqualis, curva & recurva & quaſi 2-labiata. *Petala* 2. ſuperiora lanceolata, acuta, apice paullum reflexa, infra medium conniventia, & verſus baſin petalo inferiore coalita, baſi albida.

Petalum inferius ſuperioribus vix longius, lanceolatum, concavum, apice paullum recurvo integro acuminato, baſi nectarium poſtice amplectens.

Nectarium diphyllum. *Foliolum poſterius*, longitudine corollæ, lato-lanceolatum, concavum, ſupra medium ſubtus ventricoſum; apice 3-fidum, marginibus membranaceis conniventibus inflexis, filamenta includens, baſi humore nectareo repletum.

Foliolum anterius minutiſſimum, lanceolatum, petalo corollæ anteriori adnatum.

Filamenta 5, corollæ fere longitudine, infra medium coalita in tubum antice apertum, foliolo nectarii poſteriori adglutinatum, filiformia. *Antheræ* lineares, acutæ, 2-loculares, luteæ, ſæpe ſpiraliter tortæ.

Ger-

*) Icon hujus floris vid. Tab. V. fig. II.

Germen inferum, 3-gonum, oblongum, baſi attenuatum, apice retuſum, album. *Stylus* ſtaminibus brevior, filiformis, triqueter. *Stigma* 3-angulare, perforatum, luteum, obtuſum, inflexum.

Capſula 3-gona, carnoſa, 3-locularis, nigreſcens.

Semina ſolitaria.

Incolit loca ſylveſtria ſubuda montium Indiæ occidentalis; *vere florens.*

Obs. Differentia & deſcriptio ſpecifica, quæ *H. Bihai in ſuppl. Linn. p. 157.* attribuuntur, minime hujus plantæ ſunt, ſed alius annis præteritis ab *Equ.* Thunberg ad *Cap. b. Spei* detectæ, quæ a Cl. Masson *in hortum Kewenſem* viva transmiſſa, in Anglia floruit, et nomine Strelitziæ *Reginæ* nuper inſignita fuit, cujus character & icon, in Cl. Aitoni *Catalogo plantarum horti Kewenſis, vol. 1. p. 285. tab. 2.* & *vol. 3. p. 508.* exſtat.

HELICONIA *alba.* S. V. 245. 2.

Obs. Eſt altera ſpecies Strelitziæ, cujus character eſſentialis ab *Heliconiæ* diſcrepat.

Nectario ſitu contrario, 3-phyllo, antice haſtato. *Stigm.* tria.

Fructu (Bacca?) 3-loculari, polyſpermo.

HELICONIA *pſittacorum*, foliis caulinis baſi rotundatis, ſpadice terminali flexuoſo, ſpathis lanceolatis, nectario lanceolato concavo integro.

Heliconia Bihai. Linn. Gen. plant. Aubl. Guian.

Paliſia. Allamand.

Descr. *Planta* 8-pedalis, Cannæ ſimillima.

Caulis ſimplex, glaber.

Folia

Folia petiolata, ovato-lanceolata, integra, acuta, glaberrima, nervoſa, nervis parallelis.

Petioli vaginantes, glabri.

Spadix terminalis, ſimplex, flexuoſus.

Spathæ pauciores (4-6), alternæ, diſtichæ, remotiuſculæ, divaricatæ, 2-pollicares, baſi vaginantes, lanceolatæ, acutæ, coloratæ, ſanguineæ, multifloræ.

Flores pedicellati, conferti, erecti, pollicares, fulvi.

Pedunculi teretes, ſemipollicares.

Perianthium nullum.

Cor. 3-petala, 3-quetra. *Petala* 2. ſuperiora erecta, linearia, acuta, carinata, conniventia, nectario adglutinata *(ut quaſi corolla 2-petala)* petalo ſup. tantum 3-fido.

Petalum inferius baſi pet. ſup. nectariumque amplectens, paullo latius, carinatum, *(unde corolla 3-quetra)* ventricoſum, apice viridi-fuſcum.

Nectarium diphyllum. *Foliolum* poſterius longitudine petalorum, lanceolatum, concavum, paullo incurvum, acuminatum, integrum, ſtriatum, ſtamina includens. *Foliolum anterius* multoties minus, ſubulatum, concavum, baſi petalo inf. inſertum.

Filamenta 5. intra fol. poſt. nectarii incluſa, filiformia, baſi libera. *Antheræ* lineares, biloculares, albæ.

Germen inferum, 3-quetrum, truncatum. *Stylus* ſub-3-queter, filiformis. *Stigma* obtuſum, 3-quetrum, inflexum, pubeſcens.

Fructus 3-gonus, truncato-depreſſus, 3-locularis, apice coccineus.

Semina ſolitaria.

Incolit paludoſa ſylvarum montium altiſſimorum Jamaicæ.

CELOSIA. S. V. 246.

CELOSIA *paniculata*, foliis ovato-oblongis acuminatis, ſpicis racemoſis, floribus diſtinctis, capſulis polyſpermis. S. V. 246. 4. Syſt. pl. 1. n. 578. 4.

C. major ſarmentoſa aſſurgens. Brown. jam. 179.
Amaranthus fruticoſus erectus, ſpica viridi laxa & ſtrigoſa. Sloan. h. 1. t. 91. f. 1.

Obs. Exclude alterum ſynonymon *Sloan. h. 1. t. 91. f. 2.* quod eſt Achyranth. *altiſſimæ. Prodr. p. 51.*

Descr. *Caulis* ſuffruticoſus, proſtratus, teres, ſubdiviſus, ſtriatus. *Rami* divergentes.

Folia ovato-oblonga, acuminata, petiolata, alterna, integra, glabra. (*ſiccata atra evadunt.*)

Spicæ racemoſæ, axillares & terminales, breves; floribus diſtinctis, exalbidis.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* ovata, acuta, intus albida.

Cor. nulla. *Nectarium* cyathiforme, germen cingens, 5-angulare.

Filamenta 5. margini nectarii adfixa. *Antheræ* verſatiles, purpureæ.

Germen ovatum. *Stylus* ſubulatus, ſimplex, ruber. *Stigma* trifidum.

Capſula calyce perſiſtente tecta, circumſciſſa, 1-locularis, polyſperma.

Semina nitida, numeroſa, ſubrotunda.

Habitat in ſaxoſis aridis ſepibusque Indiæ occidentalis. ⊙

CELOSIA *procumbens.* S. V. 247. n. 11.

Vid. obſ. in Gomphr. *interruptam.*

ILLECEBRUM. S. V. 247.

ILLECEBRUM *vermiculatum.* S. V. 249. 18.

Amaranthoides humile — Sloan. h. 1. p. 140.

Obs. Potius inter *Gomphrenas* numerandum, ob *ſtylos fere duos*, *calycem 2-3-phyllum*, *nectarium lanuginemque inter calycem & corollam*, qui affinitatem cum *G. globoſa* indicat.

GOMPHRENA *vermicularis*, caulibus repentibus, foliis ſubteretibus carnoſis, capitulis ſolitariis terminalibus oblongis.

Descr. *Caulis* herbaceus, repens, ramoſus, teres, glaber, coloratus, ſucculentus. *Rami* longi, cauliformes, nodoſi, tetragoni.

Folia amplexicaulia, oppoſita, linearia, extus latiora, obtuſa, glabra, carnoſa.

Villus in axillis cum foliolis minutis.

Capitula terminalia, breviſſime pedunculata, ſub floreſcentia ſubrotunda, dein ovato-oblonga.

Bracteolæ 2-3, minutiſſimæ, carinatæ ſub calyce, albidæ, nitentes.

Cor. l. Cal. 5-phyllus, compreſſus. *Foliola* lanceolata, acuta, perſiſtentia, colorata.

Tomentum albidum inter bracteas & calycem.

Nectarium 5-gonum, germen cingens.

Filamenta margini nectarii inſerta, breviſſima. *Antheræ* erectæ, luteæ.

Germen ſubrotundum; *Stylus* breviſſimus ad baſin bifidus. *Stigmata* lutea incraſſata.

Capſula ſubrotunda, calyce tecta, 1-ſperma.

Semen ſubrotundum, nitidum.

Incolit arenoſa maritima Americes calidioris. ♃

ILLECEBRUM *Achyrantha.* S. pl. 1. 583. n. 12.

Habitat in America meridionali — Buenos Ayres. ♂

CERBERA. S. V. 251.

CERBERA *Thevetia* S. V. 251. 3.

Houtt. hiſt. nat. 2. *t.* 6. *f.* 2.

Plumeria arboreſcens, foliis lanceolatis, floribus fauce ampliatis ſubcampanulatis. Brown. jam. 181. 1.

Descr. *Arbuſcula* biorgyialis.

Caulis inermis, ſubdiviſus, teres, lacteſcens, *ramis* ſimpliciuſculis, laxis, teretibus, glabris, cicatricatis.

Folia breviſſime petiolata, verſus extremitates ramulorum ſparſa, linearia acuta, longa, patentia, conſiſtentia, utrinque glabra, infra pallidiora.

Stipulæ nullæ.

Pedunculi terminales, foliis breviores, 3, 4 conferti, teretes, uniflori.

Flores majores, nutantes, lutei.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* ovato-lanceolata, patentia.

Cor. infundibuliformis, contorta. *Tubus* clavatus. *Limbus* magnus, 5-partitus: *laciniis* obliquis, obtuſis, latere altero gibboſioribus.

Nectarium in fauce tubi, 5-angulare, 5-dentatum, in ſtellam connivens, inter radios ciliatum.

Filamenta breviſſima, medio tubi ſub ſtella adnata, prominentia verſus angulos ſtigmatis. *Antheræ* ovatæ, acutæ, ſupra ſtigma conniventes.

Ger-

Germen ſubrotundum, 5-ſtriatum: umbilico carnoſo nectarifero luteo cinctum. *Stylus* filiformis. *Stigma* capitatum, 5-angulare, apice 2-fidum.

Drupa magna, ſubrotunda, depreſſa, carnoſa, ſulco longitudinali notata punctisque duobus; 1-ſperma.

Nux 2-locularis, obſolete 4-gona, depreſſa, 4-valvis. *Nuclei* ſolitarii.

Habitat in fruticetis marinis Indiæ occidentalis.

Obs. Proprium genus cum *C. Ahouai* forte conficeret, a *C. Manghas* diſtinctum, niſi nimis multiplicarentur genera.

NERIUM. S. V. 253.

NERIUM *Oleander*. S. V. 253. 1.

N. foliis lanceolatis verticillater ternatis, flore quandoque pleno. Brown. jam. 181. 3.

ECHITES. S. V. 253.

ECHITES *biflora*, pedunculis ſub-bifloris, corollis fauce dilatatis. S. V. 253. 1.

Jacq. am. 30. t. 21. bona.

Nerium? ſarmentoſum, foliis oppoſitis oblongis acutis, ſubtus cinereis, tubo floris fauce ampliato. Brown. jam. 180. 1.

Obs. *Pedunculi* plerumque uniflori, interdum bi-*flori*, rarius 3-flori.

Incolit paludoſa l. inundata maritima Caribæarum inter Rhizophoras; *&c. Aeſtate florens.* ♄

ECHITES *ſuberecta*, (S. V. 253. 3.) pedunculis multifloris, corollis cylindraceis extus hirſutis, foliis ſubovatis mucronatis, ſubtus pubeſcentibus. Jacq. am. 32. t. 26. bona.

Nerium? ſarmentoſum, foliis nitidis ovatis venoſis, pedunculis longis ramoſis, floribus fauce ampliatis. Brown. jam. 180. 2.

Descr. *Caulis* ſcandens, ſubvolubilis, ſubdiviſus, laxus, glaber; *ramis* filiformibus, volubilibus, herbaceis, teretibus, pubeſcentibus, lacteſcentibus.

Folia oppoſita, petiolata, ovata, cum brevi acumine, integra, margine convexo, nervoſa, venoſa, ſubcoriacea, nitida, ſubtus pallidiora, hirſutiuſcula l. ſublævia. *Petioli* pubeſcentes.

Pedunculi terminales, ſolitarii, foliis longiores, 3-partiti; pedicellis unifloris, hirtis. *Flores* magni, flavi.

Cal. 5-partitus. *Foliola* linearia, erecta, hirſuta.

Cor. cylindracea. *Tubus* a medio ad limbum ventricoſus, (*ſubcampanulatus*) extus hirſutus. *Limbus* magnus, 5-partitus; *laciniis* obliquis, rotundatis, magnis, patulis, margine undulato. *Faux* aperta inferne, ſanguineo ſtriata.

Nectarium: glandulæ 5, luteæ, apice crenatæ circa germen.

Filamenta medio tubo inſerta breviſſima, ſagittata, caudata, inter appendices hirſuta. *Antheræ* longæ, apice ſagittæ fixæ, filiformes, filamentis longiores, ſpirales, 2-loculares, albæ, ſtigmate conniventes, connexæ.

Germina duo minuta, in fundo tubi. *Stylus* filiformis clavatus. *Stigma* capitatum, ſupra collum acuminatum, ſubbifidum.

Folliculi duo, longiſſimi, teretes, pubeſcentes, 2-valves.

Sem.

Sem. imbricata, pappo piloſo coronata.

Incolit fruticeta arida prope mare ventis expoſita, Indiæ occidentalis. ♄

Obs. Equis pecoribusve venenata fertur.

ECHITES *toruloſa.* S. V. 253. 5.

E. toroſa. Jacq. am. 33. t. 27. fig. Brownei melior.

Descr. *Caulis* volubilis, filiformis, ſubdiviſus, lacteſcens.

Folia ovato-lanceolata, vix pollicaria, ovato-lanceolata l. ovata, acuminata, venoſa, ſupra nitida, lævia.

Pedunculi ſubterminales, ſolitarii, multiflori.

Flores parvi, lutei; tubo cylindraceo, medio ventricoſo.

Folliculi anguſtiores, laxi, toruloſi.

Incolit fruticeta montoſa Jamaicæ. ♄

ECHITES *corymboſa.* S. V. 253. 9.

Jacq. am. 34. t. 30. bona.

Descr. *Caulis* ſcandens volubilisque, lævis.

Folia ovalia, acuta, integra, oppoſita, 2-pollicaria, glabra, ſupra nitida, ſubtus pallida, rigidiuſcula.

Racemi terminales, compoſiti, corymboſi, patuli, rubro-colorati.

Flores parvi, purpurei.

Cal. 5-dentatus; *dentibus* minutiſſimis, coloratis.

Cor. cylindracea, breviſſima. *Limbus* patens, reflexus: *laciniis* acutis. *Glandulæ* nectarii connatæ.

Filamenta e fundo tubi, corolla longiora. *Antheræ* in conum connatæ acuminatum, baſi ſagittatæ.

Germen didymum, pubeſcens. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* intra conum antherarum.

Folliculi longiſſimi, horizontales, reflexi, tereti-uſculi, obtuſi, 2-valves.

Semina oblonga, pappo ſetoſo. ♄

Habitat in ſylveſtribus montoſis Hiſpaniolæ. ♄ *Vere floreus.*

PLUMIERIA. S.V.254.

PLUMIERIA *rubra*. S. V. 254. 1.

Plumieria 2. Brown. jam. 181.

Nerium. Barbad. arb. flore incarnato. Pluk. 207. 2.

ASCLEPIAS. S.V.258.

ASCLEPIAS *Curaſſavica*. S. V. 259. 11.

A. erecta, foliis anguſtis acuminatis verticillater ternatis, floribus umbellatis terminatricibus. Brown. jam. 183. 2.

Apocynum erectum. Sloan. h. 2. t. 129.

Descr. *Caulis* 1-2-pedalis, erectus, ſimplex, teres, pubeſcens, lacteſcens.

Folia decuſſato - oppoſita, petiolata, lanceolata, acuta, integra, utrinque glabra.

Flores umbellati, coccineo-fulvi, l. nivei.

Umbellulæ terminales, l. foliolo terminali paribus oppoſitæ, pedunculatæ.

Involucrum nullum, ſed foliola pauca ſubulata.

Pedunculus longitudine foliorum.

Pedicelli breviores, uniflori.

Cal.

Cal. foliola 5. lanceolata, reflexa.

Cor. reflexa, 5-partita: *laciniis* ovatis, acutis.

Nectaria 5. circa corpuſculum medium, ovata, oblique introrſum aurito-cucullata; corniculo ex fundo nectarifero acinaciformi verſus genitalia inflexo.

Corpuſculum truncatum centrale, apice excavatum obtuſe 5-gonum, ſquamis 5 ad latera tectum, totidemque rimis dehiſcens. *Squamæ* intus excavatæ. *Glandulæ* 5. ſubrotundæ nigræ, quibus ſupra, intra ſquamas, adfixi pedicelli gemini glanduliferi, loco antherarum: *Glandulis* oblongis pellucidis panduriformibus, liquore genituræ repletis.

Germina 2. ovata, acuminata. *Styli* duo, ſubulati, in columna reconditi. *Stigmata* ſimplicia obtuſa.

Folliculi duo, oblongi, acuminati, edentuli, ventricoſi, glabri, 1-loc. 1-valves.

Semina numeroſa, imbricata, pappoſa.

Incolit ruderata & campos fertiles Indiæ occidentalis. ♃.

Obs. An *A. nivea* a *curaſſavica* ſatis diſtincta? Color florum variat, l. coccineus, l. albus.

Radix Nigris vices præbet *Ipecacuanhæ;* unde nomen Inſul. Angl. *Baſtard Ipecacuanha.*

ASCLEPIAS *Gigantea.* S. V. 259. 6.

A. fruteſcens incana, foliis majoribus ſubrotundis, petiolis breviſſimis, floribus umbellatis. Brown. jam. 182. 1.

GOM-

GOMPHRENA. S. V. 264.

GOMPHRENA *interrupta*, caule erectiuſculo, floribus ſpicatis ſeſſilibus interruptis monogynis.

Gomphrena interrupta, caule erecto. S. V. 265. 6.
Celoſia procumbens. Murr. Jacq. S. V. 14. 247. 11.
G. interrupta. L'Heritier ſtirp. nov. fig.

Descr. *Caulis* inferne frutescens, 1-2-pedalis, erectiuſculus; *ramis* geniculatis ſubdecumbentibus, lanuginoſis, albidis.

Folia ad radicem aggregata, ſeſſilia, ſuperne oppoſita, lanceolata, obtuſa, tomentoſa, inferne albo-lanuginoſa, mollia.

Caules ſuperne aphylli, ſtricti, floriferi, albidi, verſus apices ſæpe purpuraſcentes.

Flores ſpicati, aggregati, ſeſſiles, interrupti, lanuginoſi.

Squamæ 2, l. 3, membranaceæ, minutæ, calycem formantes.

Cal. (*l. Cor.*) 5-part. *laciniis* linearibus, erectis, purpuraſcentibus, extus lana veſtitis, poſt floreſcentiam erumpens.

Nectarium tubulatum, 5-dentatum.

Filamenta dentibus nectarii inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ, flavæ.

Germen magnum, compreſſum, lanatum. *Stylus* brevis. *Stigma* ſubcapitatum luteum.

Capſula majuſcula, calyce obvoluta, apice in 2. partes dehiſcens, lana obducta, monoſperma, compreſſa, margine criſtata.

Semen unicum, magnum, compreſſum.

Incolit campos aridos arenoſos Jamaicæ auſtralis. ⊙ *Vere florens.*

Obs.

Obs. *Gomphrenis* adnumerandam eſſe, jubent *omnes partes floris*, præter Stylnm ſimplicem, qui in *Gomphrenis* aliis ſemibifidus. Planta in hortis lanugine plerumque deſtituta.

NAMA. S. V. 265.

NAMA *Zeylanica.* S. V. 265. 1.

Obs. Eſt ſpecies *Hydroleæ.*

NAMA *Jamaicenſis.* S. V. 265. 2.

Nama. Brown. jam. 185. t. 18. f. 2. bona.

Descr. *Radix* ſimplex, filamentoſa.

Caulis herbaceus, 2-pollicaris — ½ pedalis, ſubdiviſus, procumbens, pubeſcens, tener, a petiolis decurrentibus 3-alatus.

Ramuli ex axillis foliorum procumbentes.

Folia petiolata, oppoſita, baſi cuneata, ovato-ſubrotunda, integra, pubeſcentia.

Petioli ad latera decurrentes, ad unum latus cum petiolo oppoſito conniventes, (*unde caules 3-alati.*)

Flores pedunculati, axillares, 2-4, conferti, minores, albi. *Pedunculi* breviſſimi.

Cal. profunde 5-partitus: *laciniæ* lineares, acutæ, erectæ, hirſutiuſculæ, perſiſtentes.

Cor. tubuloſa, baſi anguſtior, calyce paullo longior. *Limbus* 5-fidus; *laciniis* ſubrotundis erectis, convexis, incumbentibus nec patentibus.

Filamenta e baſi corollæ, inferne latiora, ſubulata. *Antheræ* ſubrotundæ, luteæ.

Germen oblongum, conicum. *Styli* 2. contigui. *Stigmata* obtuſa.

Capſu-

Capſula oblonga, obtuſa, 4-gona, acuminata, 1-locularis, 2-valvis, polyſperma.

Semina minuta, ſubrotunda, brunnea.

Incolit culta, ruderata ſaxoſa Jamaicæ. ⊙

BOSEA. S. V. 265.

BOSEA *Yervamora.* Syſt. pl. 1. 631.

Obs. Exclude ſynonymon *Sloanei & fig. t. 158. f. 3.* quæ ad Phyllanthum *racemoſum* pertinent. *Prodr. p. 27.*

ERYNGIUM. S. V. 270.

ERYNGIUM *fœtidum.* S. V. 270. 1.

Obs. Deſcriptio in *Syſt. veg. l. c.* data, bona, cui addere licet:

Radix longa, ſimplex, teres.

Caulis ſemipedalis ad pedalem.

Folia radicalia majora, ſubſeſſilia.

ramea ſemiamplexicaulia; nervis a tergo foliorum rigidioribus, ſpinis terminatis.

Pedunculi breviſſimi.

Involucrum 5-phyllum. *Capitula* alia ſeſſilia in dichotomia ramorum.

Antheræ luteæ.

Germen didymum, ſubrotundum, ſtriatum. — *Styli* duo divergentes. *Stigmata* acuta.

Creſcit in campis graminoſis duris Jamaicæ, Hiſpaniolæ, Carolinæ. ♃

Tota herba valde fœtens, præcipue Radix.

HYDRO-

HYDROCOTYLE. S. V. 271.

HYDROCOTYLE *vulgaris*. S. V. 271. 1.

Obs. Provenit rarius in udis *Jamaicæ*.

HYDROCOTYLE *umbellata*. S. V. 271. 2.

Descr. *Radices* filiformes, capillares, ramoſi, albidi.

Folia radicalia, petiolata, peltata, orbiculata, crenato-inciſa, glabra, venoſa.

Petioli 2-5-pollicares, ſæpe in aquoſis pedales, teretes, glabri.

Pedunculi radicales, longitudine petiolorum, teretes.

Flores umbellati, hermaphroditi.

Involucrum ſquamoſum, foliolis ovatis, minutis.

Umbella ſimplex, pedicelli numeroſi, erecti, uniflori.

Cal. nullus. *Cor.* 5-petala, acuta, reflexa, alba.

Filamenta brevia, ad baſin germinis, inter petala. *Antheræ* parvæ.

Germen didymum. *Styli* 2 baſi contigui, longitudine petalorum. *Stigmata* capitata.

Fructus ſubrotundus, compreſſus, ſtriatus.

Incolit paludoſa Jamaicæ.

PEUCEDANUM. S. V. 280.

PEUCEDANUM *minus*. S. V. 280. 4.

Obs. Eadem planta ac *Pimpinella dioica l. c. p. 291.* ideoque excludatur.

LASER-

LASERPITIUM. S. V. 281.

LASERPITIUM *Dauricum.* S. V. 282. 8.

Liguſticum ferulaceum. Allion. ped. 1319. t. 60. f. 1.

RHUS. S. V. 292.

RHUS *Cominia.* S. V. 293. 14.

Obs. Species eſt *Alophylli l. Schmiedeliæ*, Octandriæ Claſſis. *Corolla, nectaria, numerus, germen didymum, ſtylus bifidus*, Cominiam a Rhoe ſeparare jubent. *Prodr. p. 62.*

RHUS *Cobbe.* S. V. 293. 15.

Obs. Cum præcedenti eidem generi adjungi debet, ſecundum ſpecimina *ex India occidentali*, examini ſubjecta.

CASSINE. S. V. 295.

CASSINE *Capenſis.* S. V. 295. 1.

Obs. Inter ſynonyma exclude *Evonymum Colpoon* l. *Caſſinem barbaram*, quæ alia & diſtincta eſt ſpecies.

XYLOPHYLLA. S. V. 296.

XYLOPHYLLA *longifolia.* S. V. 296. 1.

Obs. Eſt ſpecies quoad flores a Linnæo non viſa, a ſolo *Rumphio* mutuata, cujus deſcriptio (*Amb.*

(Amb. 7. p. 19. t. 12.) cum charactere hujus generis minime convenit, ideoque potius excludenda.

XYLOPHYLLA *latifolia.* S. V. 296. 2.

Obs. Plurium ſpecierum ſynonyma ſub hujus nomine confuſa.

Excludantur *Spec. pl. 1392. Hort. Cliff. 439. Mill. dict. (Phyllanthus epiphyllanthus)* quæ ad *X. anguſtifoliam* amandanda ſunt. *Prodr. p. 28.*

Commelin. hort. I. 199. t. 102. Seb. theſ. I. p. 21. t. 13. f. 3. Catesb. car. 2. p. 26. t. 26. alia eſt planta a *X. latifolia diverſa* l. *X. falcata. Prodr. p. 28.*

XYLOPHYLLA *latifolia*, foliis pinnatis lato-lanceolatis crenatis, floribus pedunculatis hermaphroditis hexandris, femineisque mixtis. *Linn. mant.* 251.

Filicifolia hemionitidi affinis. Pluk. alm. t. 36. f. 7.

Lonchitidis affinis arbor anomala folio alato, & pinnarum crenis fructifero. Sloan. cat. p. 16. h. 80.

Phyllanthus 1. Brown. jam. 188.

Descr. *Caulis* fruticoſus, 1-2-pedalis, ramoſus.

Rami inordinati, teretiuſculo-compreſſi.

Folia diſticha, alterna, vix petiolata, lato-lanceolata, verſus apicem crenata, utrinque glabra, rigidiuſcula.

Flores conferti, pedunculati, polygami, hermaphroditi & feminei mixti.

Feminei ſemper terminales, longius pedicellati.

☿. *Cal.* 6-partitus, coloratus, purpureus.

Cor. nulla.

Filamenta 6. breviſſima. *Antheræ* rotundæ, depreſſæ, luteæ.

Germen ovatum. *Stylus* erectus, ſtaminibus longior, 3-partitus. *Stigmata* reflexa, integra, obtuſa, lutea.

Capſula 3-locularis: *loculis* 2-valvibus, 2-ſpermis.

Semina ovata, inde plana.

♀. *Calyx* ut in hermaphrodito.

Germen ovatum. *Stylus* erectus, 3-partitus. *Stigmata* 3-fida.

Rudimenta ſtaminum germini adglutinata.

Capſula ut in priori.

Incolit rupes calcareas maritimas Indiæ occidentalis.

Observationes.

Ill. *à* Linne auctoritate Cl. Brownei ſiſus, *Xylophyllam* ad *Pentandriam trigyniam* retulit, cujus Claſſis genus minime eſſe poteſt. Flores in diverſis ſpeciebus variant *polygami* & *monoici*, *hexandri* & *triandri*. Numerus vero *triandrus* horum frequentior.

Charact. genericus emendatus.

☿. *Cal.* 6-partitus, coloratus. *Cor.* nulla. *Stam.* 6-3. *Stigmata* lacera. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* gemina.

♂. ♀. Hermaphroditi.

Cha-

Charact. naturalis correctior.

Hermaphroditus.

Cal. *Per.* monophyllum, 6-partitum, coloratum. *Laciniæ* lanceolato-ovatæ, patentes.

Cor. nulla, niſi calycem ſumas.

Nectarium: Glandulæ 6, circa germen depreſſæ.

Stam. *Filamenta* 3-6, breviſſima, calyce breviora. *Antheræ* ſimplices l. didymæ 2-valves, majuſculæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, obtuſe 3-gonum. *Stylus* ſimplex l. 3. patuli. *Stigmata* 2-fida l. apice lacera.

Per. *Capſula* ſubrotunda, 3-locularis, 3-ſulca. *Loculi* bivalves.

Sem. gemina in unoquoque loculo, ſubrotunda l. convexo-plana.

Mas.

Cal. ut in hermaphrodito.

Nectarium: Glandulæ 6 connatæ ad baſin ſtaminum.

Stam. *Filamenta* 3. baſi contigua, patentia. *Antheræ* didymæ.

Femina.

Cal. ut in Mare, ſed major.

 Necta-

Nectarium margo crenatus, germen cingens.

PIST. *Germen* ſubrotundum, 3-ſulcum. *Stylus* 3-fidus l. 3. diſtincti, reflexi. *Stigmata* 2-fida, l. lacera.

PER. *Capſula* 3-gona, 3-ſulca, ſub-3-cocca, 3-locularis, 6-valvis.

SEM. gemina in unoquoque loculamento.

Locus: Triandria Trigynia
poſt Phyllanthum.

Inflorefcentia: Folia crenis marginis florifera; *quæ ſola fere eſt differentia a* Phyllantho.

TURNERA. S. V. 296.

TURNERA *ulmifolia.* S. V. 296. 1.

T. e petiolis florens, foliis ſerratis. Brown. jam. 189.

Malva curaſſavica hirſutior, flore ſulphureo. Parad. Bat. pr.

TURNERA *Pumilea.* S. V. 297. 2.

DESCR. *Radix* ramoſa, filamentoſa.

Caulis herbaceus, 3-uncialis — $\frac{1}{2}$ pedalis, ramoſus, erectiuſculus, ſæpe decumbens, teres, hirſutus, ramis ſimplicibus, erectis.

Folia petiolata, alterna, diſtantia, lato-lanceolata, brevia, profunde ſerrata, nervoſa, hirſuta, verſus apices ramulorum conferta, patentia.

Petioli teretes, breves, hirſuti, terminales, floriferi.

Sti-

Stipulæ 2. lineares erectæ ad baſin foliorum, intra quas flos feſſilis, parvus, luteus, vix apertus.

Flores terminales, conferti, in centro foliorum.

Cal. corollifer, cum corolla connatus, baſi tubulatus, 5-partitus; *laciniis* linearibus, acutis, corollæ adpreſſis, erectis, hirſutis.

Cor. 5-petala, decidua, ad baſin tubi calycis unguibus inſerta. *Ungues* lineares, longi, ſuperne ſubrotundi, venoſi, fulvi, limbo convoluto, unde corolla vix aperta.

Filamenta longitudine petalorum, e baſi tubi, ſubulata, erecta. *Antheræ* oblongæ, cæruleæ.

Germen ovatum. *Styli* 3. longitudine filamentorum. *Stigmata* ramoſa.

Capſula unilocularis, 3-valvis, polyſperma. *Valvulæ* ovatæ, acutæ, revolutæ.

Semina ſubrotunda, compreſſa, rugoſa, brunnea.

Incolit campos ſabuloſos aridos Jamaicæ. ⊙ *Verſus finem anni florens.*

TURNERA *Ciſtoides.* S. V. 296. 4.

Descr. *Radix* indiviſa, longa, erecta, alba, filamentoſa.

Caulis ſubdiviſus, erectus, ſemipedalis, teres, hirſutus; *ramis* alternis, patentibus.

Folia breviter petiolata, lineari-lanceolata, obtuſiuſcula, patentia, dentata l. ſerrata, nervoſa, hiſpidula. *Bracteæ* nullæ.

Flores axillares, pedunculati, ſolitarii, nec in petiolis ſeſſiles, lutei, parvi.

Pedunculi foliis breviores, teretes, filiformes, hirſuti.

Cal. corollifer; 5-fidus: *laciniis* lanceolatis, acutis.

Cor. *Petala* 5. unguiculata, contigua, rotundata, integra, leviter ſtriata, patula, fulva.

Filamenta pet. dimidio breviora, e baſi corollæ, ſubulata. *Antheræ* oblongæ, verticales, luteæ

Germen oblongum, ſub-3-gonum. *Styli* 3-divergentes. *Stigmata* peniciiliformia.

Capſula ſubrotunda, 1-locularis, 3-valvis: *valvulis* ovatis, revolutis.

Semina minuta, ſubrotunda, ferruginea.

Incolit loca arida, ſterilia Jamaicæ. ⊙

Obs. *Piriqueta Aubl.* (*Burchardia. Schreb. Gen.*) eſt ſpecies hujus generis.

ALSINE. S. V. 298.

ALSINE *media*. S. V. 298. 1.

Obs. Flores in *India occidentalis* ſemper *triandri*, quales etiam in *Anglia* frequentiſſime occurrunt, ideoque omnino *Holoſtei* eſt ſpecies, cujus generi apte adjungitur:

HOLOSTEUM *Alſine*, foliis ovato-cordatis, caule laxo.

EVOLVOLUS. S. V. 299.

EVOLVOLUS *nummularius*. S. V. 299. 1.

Descr. *Radices* ſimplices, filiformes.

Caulis repens, ſubdiviſus; filiformis, hirtellus; *ramis* filiformibus, ſimplicibus, patulis, repentibus.

Folia petiolata, alterna, orbiculata, baſi & apice emarginata, nervoſa, pubeſcentia. *Petioli* ferrugineo-hirti.

Flo-

Flores breviter pedunculati, axillares, ſolitarii, parvi, albi; *pedunculis* brevibus.

Cal. 5-phyllus: *foliolis* lanceolatis, perſiſtentibus.

Cor. rotato-plicata, 5-fida. *Laciniæ* ovatæ, crenulatæ.

Filamenta capillaria, longitudine dimidiæ corollæ, erecta. *Antheræ* oblongæ, albæ.

Germen ſubgloboſum. *Styli* 3-4. capillares, patuli; *Stigmata* ſimplicia.

Capſula ſubgloboſa, 3-4-valvis, 3-4-locularis.

Semina ſolitaria, ſubrotunda, glabra, ferruginea.

Habitat vulgaris in campis aridis Indiæ occidentalis. ⊙

ARALIA. S. V. 300.

ARALIA *arborea.* S. V. 300. 1.

Descr. *Arbor l. Arbuſcula: Trunco* 12-20-pedali, lævi, ramoſo. *Rami* ſuberecti, diviſi, fragiles.

Folia petiolata, ſimplicia, ovata, acuminata, ſuperiora fere ternata, integra, l. leviter obſolete ſerrata, nervoſa, utrinque glabra.

Petioli longiuſculi.

Racemi terminales, erecti, ſtricti, pedunculis radiatis umbellatis, medio una l. duabus glandulis notatis, *umbellulis* terminatis.

Umbellulæ parvæ, pedunculis propriis numeroſis (30) ſemipollicaribus unifloris.

Involucella umbellularum multidentata, ſubgloboſa, minuta.

Flores parvi, pallidi.

Cal. miuutiſſime 5-dentatus, perſiſtens.

Petala 5. ovata, acuta, ſeſſilia, vix reflexa, decidua.

Filamenta ſubulata. *Antheræ* ſubrotundæ, 2-fidæ.

Germen ſubrotundum, 5-gonum, inferum. *Styli* 5. breviſſimi, perſiſtentes, contigui. *Stigmata* acuta, ſimplicia.

Bacca 5-gona, ſubrotunda, coronata.

Semina 5. oblonga.

Habitat in ſylveſtribus montoſis Indiæ occidentalis.

Obs. Planta, quam deſcripſit Cel. Jacquin in *Amer. p. 88.* certe eſt eadem ſpecies, licet Ille *flores monogynos* tantum obſervavit; Styli enim ſub initio floreſcentiæ tam contigui ſunt, ut unicum omnino repræſentent, acu tamen facile ſeparantur.

BROMELIA. S. V. 313.

BROMELIA *Pinguin.* S. V. 313. 2.

Descr. *Acaulis.*

Radices craſſæ, numeroſæ, ſimplices.

Folia radicalia, longa, erecta, enſiformia, baſi latiora, excavata, poſtice convexa, margine dentato-aculeata, craſſa, ſucculenta, ſubſtantia filamentoſa.

Racemus (Thyrſus) e centro foliorum, illis brevior, compoſitus.

Racemuli compreſſi, ſparſi, multiflori, pruinoſi; *floribus* 4-ternis, ſubpedicellatis; *pedicellis* breviſſimis, 3-gonis, craſſis.

Cal. 3-gonus, ſuperus, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, acutis, erectis, pruinoſis.

Cor. *Petala* 3, ſanguinea, lanceolata, calyce longiora, erecta, apice patentia.

Nectarium nullum.

Fila-

Filamenta 6 receptaculo inſerta, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ſagittatæ, erectæ, albidæ.

Germen inferum, 3-gonum. *Stylus* ſimplex, latus, longitudine ſtaminum. *Stigma* 3-fidum, obtuſum.

Bacca oblonga l. ſubrotunda, unilocularis, umbilicata.

Semina numeroſa, oblonga.

Vulgaris in India occidentali, *vere florens; fructus matureſcit Jun. & Julio.* ♃

Uſus œconom. pro ſepibus. Subſtantia filamentoſa ad funes paranda, *Agaves* inſtar adhibetur.

Uſus medic. Anthelminthicus pro infantibus: fructus cum *Saccharo* eſus.

TILLANDSIA. S. V. 314.

TILLANDSIA *utriculata.* S. V. 314. 1.

T. paraſitica major, foliis amplioribus attenuatis baſi ventricoſis, ſpica aſſurgenti compreſſa brachiata, floribus fere ſeſſilibus. Brown. jam. 194. 4.

TILLANDSIA *monoſtachya.* S. V. 314. 7.

T. paraſitica, foliis majoribus obtuſis, ſpica aſſurgenti diviſa ſquamoſa. Brown. jam. 194.

TILLANDSIA *tenuifolia.* S. V. 314. 4.

Obs. Exclude *Jacq. amer. & pict.* quæ ad Tillandſiam flexuoſam amandari debent. *Prodr. p.* 56.

TILLANDSIA *recurvata.* S. V. 314. 8.

DESCR. *Radices* filiformes, confertæ, albidæ.

Caules aggregati, ſimplices; l.

Folia caulem conſtituentia, baſi vaginantia, ut potius planta acaulis.

Vaginæ foliorum alternæ, ſemiamplexantes.

Folia filiformi-ſubulata, compreſſa, plano-convexa, ſubcanaliculata, apice recurva, pubeſcentia, ſquamis minutis cinereis quaſi farinoſa.

Pedunculi terminales e medio foliorum, filiformes, teretes, 2-3-pollicares.

Spatha diphylla, 2-flora. *Foliola* æqualia, lanceolato-acuminata, concava, erecta, farinoſa.

Flos unus ſeſſilis, alter pedunculatus intra ſpatham.

Spatha monophylla unicuique flori, vaginans, lanceolata, glabra, cinerea; florem includens.

Cal. 3-phyllus; *foliola* lanceolata, concava, glabra, fuſco-rubra.

Petala tria, lanceolata, cærulea, apice obtuſa, a calyce fere incluſa.

Filamenta 6, baſi corollæ inſerta, ſubulata. *Antheræ* oblongæ, luteæ.

Germen oblongum. *Stylus* brevis, craſſus. *Stigma* obtuſum, ſimplex.

Capſula longa, teres, ſubulata, 3-gona, 3-loc. 3-valvis: *valvulis* revolutis.

Semina numeroſa, pappoſa. (*Pappus* capillaris.)

Incolit arbores vetuſtas, ſemimortuas Jamaicæ. ♃

TILLANDSIA *uſneoides*. S. V. 314. 9.

Uſus *œconom.* pro ſtragulis.

TRA-

TRADESCANTIA. S. V. 314.

Obs. Hujus generis eſt Commelina *Zanonia* L. (vid. *Commelinam.*) *Prodr. p. 57.*

PONTEDERIA. S. V. 315.

PONTEDERIA *ovata.* S. V. 315. 1.

Obs. Eſt proprium genus *Monandriæ* claſſis, Thaliæ proximum, l. forte ejus ſpecies, a Pontederia omnino ſeparandum.

Charact. floris: *Calyx* 3-phyllus. *Petala* 3. æqualia tubo nectarii adnata. *Nectarium* monophyllum, *tubo* filiformi; *limbo* 4-partito. *Stamen* unicum. *Piſtillum* unicum. *Capſula* 3-locularis. *Nuces* 3.

Folia ovata, petiolis floriferis.

Narukila. Rheed. mal. t. XI. p. 67. t. 34.

Incolit loca umbroſa humida Malabariæ & Cochinchinæ.

Deſcriptionem accuratiſſimam dedit, dum vixit, acutiſſimus Floræ Indiæ ſcrutator J. G. Koenig, *cujus manuſcripta Londini in Muſeo* Ill. Banks *aſſervantur.*

Synonymon Brownei *in Spec. plant. l.* Syſt. plant. 2. p. 13. *huc allatum, novæ eſt Speciei* Pontederiæ, *videl.* P. azureæ, Prodr. p. 57.

PONTEDERIA *haſtata.* S. V. 316. S. pl. 2. p. 14.

Obs. Excludatur *Carimgola Rheed.*

PAN-

PANCRATIUM. S. V. 317.

PANCRATIUM *Caribæum.* S. V. 317. 3.

P. foliis compreſſis obtuſis, ſcapo nudo, floribus umbellatis. Brown. jam. 194.

CRINUM. S. V. 318.

CRINUM *africanum.* S. V. 319. 5.

Mauhlia africana. Dahl. obſ. bot. p. 26.

Obs. Liliacea a Crino diſtinctiſſima *Germine ſupero*, quæ proprium debet conſtituere genus, cujus erit

Character eſſentialis.

Corolla infera, *limbo* ſexpartito, *laciniis* æqualibus.

Locus: *Hexandria, Monogynia,* poſt *Pontederiam.*

AMARYLLIS. S. V. 319.

AMARYLLIS *Capenſis.* S. V. 319. 1.

Excludatur; eadem ac Hypoxis *ſtellata. l. c. p. 326.*

AMARYLLIS *Belladonna.* S. V. 320. 5.

Descr. *Folia* radicalia, 2-3-pedalia, baſi vaginarum inſtar compreſſa, a medio ad apicem latiora, lato-lanceolata, acuminata, apice obtuſo, plana, longitudinaliter nervoſa, craſſa, glabra.

Sca-

Scapus 2-3 pedalis, erectus, craſſus, teres, inanis, carnoſus, multiflorus.

Corollæ magnæ, cinnabarinæ, nutantes, 3-5-pedunculatæ.

Spatha diphylla: *Foliola* lato-lanceolata, amplectentia, colorata, ſtriata, marceſcentia, pedunculis breviora.

Corolla 6-petala: 3 exteriora ovato-lanceolata, 3 interiora lato-lanceolata, a medio reflexa, patentia, margine undulata, baſi conniventia in tubum trigonum.

Petala interiora fauce flavo-viridia.

Squamæ in fauce tubi adnatæ, lanceolatæ, ciliatæ, flavæ.

Filamenta a baſi ad medium tubi, petalis adnata, aſſurgentia, pallide rubra. *Antheræ* incumbentes, ovatæ, fulvæ.

Germen inferum, obovatum, 3-gonum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, aſſurgens, 3-gonus. *Stigma* incraſſatum, 3-fidum, purpuraſcens.

Capſula oblonga, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma. *Semina* membranacea, compreſſa.

Incolit colles umbroſos juxta rivos Indiæ occidentalis. *Hoſpitatur in hortis.*

AMARYLLIS *Reginæ.* S. pl. 2. p. 26.

OBS. Exclude *Herm. par. 194. c. ic.*

ALLIUM. S. V. 321.

ALLIUM *nigrum.* S. V. 323. 31.

A. multibulboſum. Jacq. Fl. auſt. 1. t. 10. S. V. 323. n. 37. *a* nigro *certe non diverſum.*

ALBU-

ALBUCA. S. V. 326.

Obs. Species hujus generis, *major*, *minor*, & *viſcoſa* pulchre illuſtratæ ſunt a Cl. Dryander in *Act. Stockh.*

ALBUCA *ſpiralis*, petalis interioribus apice fornicatis, foliis ſpiralibus. — Thunb. *act. Stockh.* 1786. 59. *t.* 2. *f.* 1. *S. V.* 326. 3.

ALBUCA *abyſſinica.* S. V. 326. 5.

A. alba. Lamark encycl. 1. p. 76.

HYPOXIS. S. V. 326.

HYPOXIS *decumbens.* S. V. 326. 2.

Descr. *Bulbus* ſubrotundus, carnoſus, fuſcus, radiculas e latere emittens.

Folia radicalia, baſi vaginantia, caulem brevem quaſi formantia, graminea, carinata, ſpithamæa, recurva, acuta, ſtriata, ſubpiloſa.

Pedunculi radicales e vaginis inter folia, juxta floreſcentiam breves, dein elongantur, filiformes; ancipites, pauciflori.

Spatha diphylla. *Foliola* parva, linearia, pubeſcentia.

Corolla 6-partita, perſiſtens. *Laciniæ 3 exteriores* lanceolatæ, acutæ, extus hirſutæ, perſiſtentes; *3 interiores* glabræ, luteæ, extus virideſcentes, marceſcentes.

Filamenta cum laciniis corollæ alternantia; 3 longiora, 3 breviora. *Antheræ* ſagittatæ, luteæ.

Ger-

Germen oblongum, inferum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* obtuſum.

Capſula oblonga, 3-gona, curva, hirta, corolla perſiſtente coronata, 3-locularis.

Semina numeroſa, ſubrotunda, rugoſa, atra.

Incolit campos arenoſos montium Jamaicæ.

LEONTICE. S. V. 332.

LEONTICE *Leontopetaloides.* S. V. 332. 4.

Obs. Omnino eliminetur, eadem cum Tacca *pinnatifida* planta. l. c. p. 455.

CONVALLARIA. S. V. 334.

CONVALLARIA *japonica.* S. V. 334. 2.

Kæmpf. amœn. 824. c. f.

HYACINTHUS. S. V. 335.

HYACINTHUS *lanatus.* S. V. 336. 16.

Obs. Ad *Hyacinthum* non referri debet, novum vero genus conſtituit, charactere eſſentiali:

Corolla ſupera 6-fida, extus lanata.

Locus: poſt Hemerocallem.

PHOR-

PHORMIUM. S. V. 336.

PHORMIUM *orchioides.* S. V. 336. 2.

aloides. S. V. 336. 3.

Obs. Forte potius Lachenaliæ ſpecies ſunt.

AGAVE. S. V. 338.

AGAVE *americana.* S. V. 338. 1.

A. foliis ſubcompreſſis mucronatis, ad margines ſpinoſo-dentatis; ſcapo valido aſſurgenti, racemo ſpatioſo ramoſo. Brown. jam. 199.

AGAVE *virginica.* S. V. 338. 3.

Obs. Exclude *Amœn. acad. 3. p. 22.*

ACHRAS. S. V. 341.

ACHRAS *Sapota.* S. V. 342. 2.

Descr. *Arbor: Trunco* mediocri, glabro, lacteſcente, cortice cinereo.

Folia in ramulis fere terminalia, petiolata, ſparſa, oblonga baſi & apice attenuata, integra, membranaceo-rigidiuſcula, pulchre nervoſa, venoſa, glabra, læte virentia.

Pedunculi axillari-terminales, longitudine petiolorum, deflexi, craſſiuſculi, uniflori.

Cal. 6-phyllus. *Foliola 3. exteriora* cinerea, *3 interiora* pallida, omnia ovata, convexa, incumbentia.

Cor.

Cor. alba ſubclauſa. *Tubus* brevis, ovatus. *Limbus* quaſi duplex. *Exterior* 6-fidus: *laciniæ* convexæ, latiores erectæ; *interior l. Nectarium: Foliola* 6 inter exteriora inſertæ, minora, concava, ex apice ad medium 3-partita, erecta, acuminata.

Filamenta 6, brevia inter lacinias exteriores & interiores medio tubo inſerta, curva. *Antheræ* erectæ, acutæ.

Germen ovatum, depreſſum, polygonum, ferrugineum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* obtuſum.

Bacca mollis ſubrotunda, magnitudine mali minoris, multilocularis (6-12): *loculis* polyſpermis.

Semina hilo marginali, oblonga, compreſſa, nitida, atra.

Semina plura ſæpiſſime deſunt ubi culta.

ACHRAS *ſalicifolia.* S. V. 342. 4.

Obs. Fructu & numero ab Achrade diſtincta, una cum pluribus ſpeciebus novum mihi eſt genus, ſcilicet

BUMELIA. *Prodr. p. 49.*

Character eſſentialis.

Cor. 5-fida. *Nectario* 5-phyllo. *Drupa* 1-ſperma.

Locus in *Pentandria, Monogynia*, pone *Sideroxylon.*

BURSERA. S. V. 342.

Character eſſentialis correctus.

Polygama.

☿. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Capſ.* carnoſa, 3-valvis, 1-ſperma.

♂. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 10 — (5-8.)

Charact. genericus emendatus.

Hermaphroditus.

CAL. *Perianthium* monophyllum, minutum, 3-partitum: *laciniæ* ovatæ, acutæ.

COR. *Petala* tria, ovata, acuta, patentia, integra, decidua.

STAM. *Filamenta 6.* ſubulata, erecta, circa baſin germinis adſixa. *Antheræ* ovatæ, erectæ.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* brevis craſſus, apice 3-fidus. *Stigmata* breviſſima, ſimplicia.

PER. *Capſula* carnoſa, obovata, 3-gona, 3-locularis, 3-valvis.

SEM.

Sem. baccata, ſolitaria, (plerumque unicum,) compreſſa.

Obs. Veſtigia obſoleta duorum loculorum; ſemen unicum totam capſulam occupat.

Mas in diverſa arbore.

Cal. *Perianth.* 5-dentatum, minutum.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, acuminata, reflexa, marceſcentia.

Stam. *Filamenta* 5-8-10, circa planum medium ſubconvexum poſita, petalis vix breviora, ſubulata. *Antheræ* oblongæ 2-loculares.

Pist. Rudimentum. *Germen* nullum. *Stylus* 3-fidus, caducus l. nullus.

BURSERA *gummifera.* S. V. 342. Syſt. pl. 2. 105.

Obs. Exclude *Mat. med. 96.*

Adde: *Betula americana, bacca 3-quetra, odore terebinthi.* Petiv.

Descr. *Arbor: Trunco* præalto, erectiſſimo, tereti, glaberrimo; *cortice* livido, nitente. *Rami* terminales, glabri, horizontales. — *Ramuli* ferrugineo-villoſi.

Folia pinnata. *Petioli* univerſales teretes, villoſi; *partiales* compreſſi, canaliculati, infra villoſi. *Foliola* 4-6, præter terminale, ovata, acumine brevi, integra, venoſa, glabra.

Racemi axillari-terminales, petiolis univerſalibus breviores, erecti, multiflori, pubeſcentes; *pedicellis* alternis, brevibus, unifloris.

Flores parvi, albi.

Arbores maſculæ huic ſimiles; ſed *racemi* floribus copioſioribus, confertis, vix majoribus.

Capſula (hermaphr.) rubra, drupam mentiens.

Incolit campos Indiæ occidentalis.

Floret Majo — Julio.

Gallis amer. Gommier Blanc. Apud quos Infuſum gemmarum & foliolorum tenerum in morbis pectoris valde laudatur.

Anglis Jam. Birch.

PRINOS. S. V. 342.

PRINOS *glaber.* S. pl. 2. p. 105.

Obs. Exclude ſynonyma *Milleri* & *Catesbæi.*

LORANTHUS. S. V. 343.

LORANTHUS *americanus*, racemis ſubramoſis cymoſis, floribus nutantibus, foliis ovatis difformibus. S. V. 343. 5.

Descr. *Frutex* paraſiticus, ramoſus.

Rami ſubdiviſi, folioſi, glabri, pallide virides, fragiles.

Folia petiolata, oppoſita, difformia, ovata, integra, ſubcoriacea, nervoſa, pallida.

Petioli breves, compreſſi, glabri.

Racemi ſubdiviſi, terminales, cymas mentientes, ramulis trigonis, *pedicellis* ultimis trifidis, unifloris. *Flores* rubri.

Calyx duplex. Inferior: indiviſus, urceolatus, parvus; *ſuperior:* marginis germinis, integer.

Peta-

Petala 6, longiſſima, inferne contigua, ſuperne patentia, revoluta, rubra; inexplicata, corollam leviter incurvam formantia.

Filamenta 6. petalis ſupra medium affixa, filiformia, purpurea. *Antheræ* oblongæ, verticales, luteæ.

Germen ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* obtuſum, pubeſcens.

Bacca ovata, monoſperma.

Paraſitica in arboribus maritimis Jamaicæ. ♄

LORANTHUS *occidentalis.* S. V. 343. 6

Viſcum latioribus & ſubrotundis foliis, flore purpureo. Sloan. hiſt. 2. 92. t. 200. f. 2.

Scurrula 2. Brown. jam. 197.

DESCR. *Frutex* paraſiticus.

Rami divaricati, ſubdiviſi, laxi, teretes, ſcabri, fragiles.

Folia majora, petiolata, oppoſita, ovato-ſubrotunda, marginata, patentia, ſuperne nervoſa, glabra, ſucculenta, dilute viridia.

Petioli breves.

Racemi axillares, ſolitarii, ſimplices, erecti, foliis breviores, teretiuſculi; *pedunculis* breviſſimis, craſſis, floribus ſeſſilibus, minutis, atropurpuraſcentibus.

Calyx ſuperus, minutus, indiviſus, viridis.

Petala 6, baſi fere connata: 3 paullo breviora erecta, acuta.

Filamenta 6, petalis in medio inſidentia, breviora. *Antheræ* tres, ovatæ, luteæ, fertiles; tres ſteriles, lateribus quaſi excavatæ pro fertilibus.

Germen inferum ſubrotundum, calyce tectum & marginatum. *Stylus* petalorum longitudine. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Bacca ſubrotunda, viſcoſa, monoſperma.

Habitat in arboribus Indiæ occidentalis. ♄

Obs. An L. ſpicatus Jacq. ab *occidentali L. diverſus?* Folia, inflorefcentia, flores vix diſcrepant, nec non figura *Sloanei*, *ſpicato* (*Jacq. am. t. 68.*) haud abſimilis.

HILLIA. S. V. 344.

Char. eſſentialis correctior.

Calyx duplex: inferus 6-phyllus. *Corolla* longiſſima, contorta. *Capſula* bilocularis, bivalvis, coronata. *Semina* pappoſa.

Char. naturalis emendatus.

Cal. *Perianthium* duplex.

Inferum 6-phyllum. *Foliola* oppoſita, inæqualia, oblonga, integra: *duo* interiora minora, germen amplectentia, decidua, colorata.

Superum 2-4-phyllum: *Foliola* lanceolata, acuta, erecta, perſiſtentia.

Cor. monopetala. *Tubus* longiſſimus, cylindricus, ſtriatus, limbum verſus ventricoſus. *Limbus* ſexfidus: *laciniæ* longæ reflexæ, contortæ, margine revolutæ.

Stam. *Filamenta* 6. breviſſima, infra limbum tubo ventricoſo inſerta. *Antheræ* oblongæ, biloculares, infra faucem.

Pist.

PIST. *Germen* inferum, oblongum, ſub-6-gonum. *Stylus* filiformis, craſſus, longitudine tubi. *Stigma* incraſſatum, compreſſum, bifidum.

PER. *Capſula* elongata, angulata, bilocularis, in duas valvulas longitudinaliter dehiſcens, polyſperma, foliolis calyc. ſup. coronata.

SEM. numeroſa, pappoſa, *receptaculo* lineari undique adfixa. *Pappus* capillaris.

OBS. HILLIA *tetrandra (prodr. p.58.)* ſextam & quintam partem numeri demit.

Ordo natural. XXX. Contortæ *inter* Gardeniam & *Cerberam.*

HILLIA *longiflora*, corollis 6-fidis, laciniis lanceolatis, revolutis; foliis ovatis acutis. *Tab. V. fig. I.*

H. paraſitica. S. V. 344. Jacq. am. 96. t. 66. mala.

DESCR. *Frutex* caule orgyali, adſcendens, ramoſus, laxus, glaber, fragilis: cortice cinereo nitente. *Rami* ſimplices, folioſi, teretes, glabri, fragiles.

Folia petiolata, oppoſita, decuſſata, patentia, ovata cum brevi acumine, integra, vix nervoſa, avenia, glaberrima, rigidiuſcula.

Petioli teretes, glabri.

Flores terminales, ſeſſiles, ſolitarii, longiſſimi, albi, odoratiſſimi.

Cal. ſuperus 2- rarius 4-phyllus. *Foliola* perſiſtentia. *Inferus* 4-6-phyllus, *foliolis* inæqualibus, coloratis, deciduis.

Cor. tubo 3-4-pollicari; *limbo* 6-fido contorto: *laciniis* uncialibus, revolutis, reflexis.

Filamenta 6 ſub limbo breviſſima. *Antheræ* oblongæ, albidæ.

Germen oblongum. *Stigma* incraſſatum, bifidum, glutinoſum, ſaturate viride.

Capſula 1-2-pollicaris, leviter 6-gona, ſulcata, 2-locularis, 2-valvis.

Semina numeroſa, parva, oblonga, acuminata, pappoſa, *receptaculo* lineari adfixa. *Pappus* piloſus.

Incolit fruticeta humida montium Jamaicæ, *non paraſitica, licet radicibus inter ligna muſcoſa & vetuſta reptantibus.* ♄

Floret æſtate.

CANARINA. S. V. 344.

Obs. Eſt eadem planta ac Campanula *Canarienſis. S. veg. 209. n. 44.*

PEPLIS. S. V. 345.

PEPLIS *tetrandra.* S. V. 345. 2. *Tab. I. fig. II.*

Obs. Corolla, fructus, numerus & habitus, affinitatem cum Pepli negant; ſed ad Hedyotidem potius referri debet, a cujus ſpecie *pumila* facie non multum abludit.

HEDYOTIS *tuberoſa*, foliis ſubſeſſilibus cordato-ovatis, ſummis quaternis, floribus terminalibus.

Descr.

DESCR. *Radix* tuberoſa; tubera globularia, diſtincta.

Caulis pollicaris, ſubdiviſus, divaricatus, teres. *Stipulæ* parvæ, vaginantes, acuminatæ.

Folia ſubſeſſilla, ſumma 4-terna, ovato-cordata, ſubſpathulata, integra, ſuperne hiſpidula, infra glabra.

Flores terminales, pedunculati, capitis aciculæ magnitudine. *Pedunculi* breves, uniflori.

Perianthium 4-5-fidum, ſuperum: *laciniæ* bifidæ, (quaſi calyx 8-10-dentatus) perſiſtentes.

Corolla monopetala, ovata, calyce vix longior, 4-partita, *laciniis* obtuſis, erectis.

Filamenta 4, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ovatæ, minutæ in diviſuris corollæ occultatæ.

Germen didymum. *Stylus* ad baſin fere bifidus. *Stigmata* ſubulata.

Capſula didyma, globoſa, bilocularis, calyce cincta & coronata, ſuperne in 4-valvulas dehiſcens.

Semina 2. in unoquoque loculo, orbiculata, valvulis tecta.

Habitat in umbroſis ſiccis ad radices montium arborumque Indiæ occidentalis. ⊙

PETIVERIA. S. V. 350.

OBS. Character genericus in ſcriptis LINNÆI expoſitus, erroneus eſt; *Monogyna* videtur planta, & ad *Heptandriam* potius transferenda.

Charact. eſſentialis.

Calyx 4-phyllus. *Cor.* o. *Piſt.* laterale. *Semen* unicum, apice ariſtis reflexis. *Tab. X. fig. III.*

Locus. *Heptandria*, *Monogynia* ante *Trientalem.*

Char. naturalis emendatus.

CAL. *Perianthium* 4-phyllum: *Foliola* linearia, obtuſa, æqualia, patentia, perſiſtentia, albida.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* (6-8) inæqualia; 4 breviora, 3 longitudine calycis, baſi foliorum inſidentia, ſubulata, conniventia, perſiſtentia. *Antheræ* erectæ, lineari-ſagittatæ, apice 2-fidæ.

PIST. *Germen* ovatum, compreſſum, emarginatum. *Stylus* breviſſimus, lateralis, germini in ſulco longitudinali verſus interiora inſidens. *Stigma* penicilliforme.

PER. *Semen* oblongum, compreſſum, ſuperne latius, emarginatum, lateribus apice armatis glochidibus l. ariſtis 4. reflexis, rigidis, acutis, fere æqualibus; uniloculare.

OBS. Numerus ſtaminum a 6 ad 8 variat: ſeptenarius vero vulgatiſſimus.

PETIVERIA *alliacea.* S. V. 350. 1.

DESCR. Planta *herbacea.*

Caulis erectus, 1-2-pedalis, ramoſus, inferne ſuffruteſcens, teretiuſculus, ſtriatus, pubeſcens.

Folia petiolata, alterna, oblonga, acuminata, margine obtuſe cartilagineo-ſerrata, nervoſa, utrinque glabra l. ſubinde pubeſcentia.

Spi-

Spicæ terminales, longiſſimæ, erectiuſculæ, filiformes, *floribus* alternis ſparſis, ſubſeſſilibus, albidis.

Foliola calycis ſub floreſcentia petala mentiuntur, albida, perſiſtentia.

Filamenta perſiſtentia, poſt florem rigida, ſetarum inſtar ſemen circumſidentia.

Stigma (oculo armato) laciniis capillaribus albis l. purpuraſcentibus.

Hamuli l. Ariſtæ quibus fructus inſtruitur, fructificatione peracta rigideſcunt, atque antea adpreſſæ, jamjam patentiores fiunt, veſtibusque adhærentes diſſeminantur.

Tota herba odorem alliaceum volatilem fortiter ſpirat, a beſtiis ſæpe eſa, lactem vaccis inquinans.

Contra Cephalalgiam, capiti l. naſo admota, apud Domingenſes in uſu eſt.

Habitat vulgaris in ſepibus & fruticetis aridis Indiæ occidentalis. ⊙

PETIVERIA *octandra.* S. V. 350. 2.

Obs. Eſt eadem ſpecies cum præcedenti, cui non raro in una eademque ſpica *flores octandros* eſſe obſervavi: de cætero, *ſtamina ſemper inæqualia* & *color ſtigmatis* ſæpiſſime variat, ideoque ut ſpecies diſtincta, eliminanda.

ALISMA. S. V. 350.

ALISMA *Cordifolia.* S. V. 350. 4.

A foliis lunulato-ſagittatis venoſis — Brown. jam. 204.

Descr. *Acaulis* herbacea.

Radices faſciculatæ, ſimplices, longæ, albæ.

Folia

Folia petiolata, radicalia, cordato-oblonga, obtuſa, integra, 5-7-nervia, venoſa, utrinque glabra.

Petioli longiſſimi, pedales, 3-quetri, erecti, glabri, baſi membranaceo-vaginantes.

Scapus radicalis, erectus, 1-3-pedalis, 3-queter, ſtriatus, verſus apicem verticillatus; *verticillis* 5-6, *pedunculis* pedicellisque ternis, ultimis unifloris, omnibus 3-quetris.

Foliola lanceolata, ad baſin pedunculorum & pedicellorum, reflexa.

Flores albi, magnitudine SAGITTARIÆ.

Cal. 3-phyllus. *Foliola* ovata, acuta, patentia.

Petala 3. oblonga, acuta, planiuſcula, integra, decidua, alba, foliolis calycinis vix majora.

Filamenta 12-15 brevia. *Antheræ* incurvæ, acutæ, minutæ, luteæ.

Germina oblonga, congeſta in formam globularem.

Styli numeroſiſſimi, ſubulati. *Stigmata* ſimplicia, acuta, viridia.

Capſulæ plurimæ, acuminatæ, monoſpermæ.

Creſcit in aquoſis limoſis Jamaicæ. ♃ *Floret Dec. Jan.*

AESCULUS. S. V. 352.

AESCULUS *Pavia.* S. V. 352. 2.

DESCR. *Arbor: Trunco* minori, inermi, ramis ſubdiviſis, divergentibus.

Folia petiolata, oppoſita, digitata. *Foliola* cuneata, ovato-lanceolata, nervoſa, ſerrata, utrinque glabra.

Petioli longi, baſi craſſiores, teretes, ſanguinei.

Flores ſubumbellati, terminales, pedunculati, ſubnutantes (*6-8*) *Æ. Hippocaſtani* dimidio minores;

res; hermaphroditi & maſculi in diſtinctis individuis; ſanguinei.

Pedunculus communis brevis, craſſus, teres, coloratus; *pedicellis* brevibus.

♂. *Cal.* tubulatus, longus, cylindricus, 5-fidus. *Laciniæ* ovatæ, coloratæ.

Corolla inæqualis, 4-petala.

Petala 2 unguiculata, erecta, ſpathulata, convexa, venoſa, *limbo* undulato; 2 ſuperiora, cæteris longiora, unguiculata, erecta, patentia, *limbo* rotundato, ciliato, ad latera inferne albo-tomentoſa. *Ungues* croceo-lutei.

Filamenta 6, inæqualia, baſi contigua, longitudine corollæ, verſus ſuperiora inclinata, ſubulata, pubeſcentia. *Antheræ* ovatæ, verticales, purpureæ.

Germen oblongum, tomentoſum, abortiens. *Stylus & Stigma* o.

Obs. Flores maſculos tantum vidi.

OENOTHERA. S. V. 358.

Char. eſſentialis correctior.

Cal. 4-fidus, tubulatus. *Petala* 4. *Capſula* 4-locularis, 4-valvis. *Sem.* nuda.

OENOTHERA *octovalvis.* S. pl. 2. 148.

Obs. Eſt vera ſpecies Jussieuæ *floribus octandris*, quia caret *Tubo calycis Oenotheræ*; ideoque appellanda:

JUS-

JUSSIEUA *octovalvis*, erecta, floribus tetrapetalis octandris pedunculatis, capſulis multivalvibus, foliis lanceolatis.

Oenothera octovalvis. — Jacq. am. 102. t. 70. Plum. ic. 175. 1.

Oenothera aſſurgens, glabra, foliis lanceolatis alternis, integerrimis, floribus ſolitariis alaribus. Brown. jam. 208. n. 1.

Caulis ramis erectiuſculis, tetragonis, pubeſcentibus.

Folia alterna, petiolata, lanceolata, acuminata, integra, ſubtus margine punctata, nervoſa, pubeſcentia. *Petioli* breves. *Foliola* in axillis, ovata, minuta.

Flores breviter pedunculati, axillares, ſolitarii, magni, lutei.

Calyx ſuperus, ſeſſilis, 4-phyllus. *Foliola* ovato-acuminata, pubeſcentia.

Petala 4, fol. calycin. 3-plo majora, diſtantia, obovata l. ovata, obtuſa, patula, decidua.

Filamenta 8, ſtylo ad medium adpreſſa, longitudine piſtilli, ſubulata. *Antheræ* ovatæ, incumbentes, bivalves.

Germen inferum, tereti-4-gonum, baſi attenuatum, paullum curvum. *Stylus* craſſus. *Stigma* ſphærico-capitatum.

Capſula (pedicellata) longa, baſi acuminata, retuſa, coronata foliolis calyc. perſiſtentibus; 4-locularis, 4-8-valvis.

Semina plurima, ſubrotunda. *Recept.* 4-gonum.

Incolit humida, aquoſa Indiæ occidentalis. ☉

OENOTHERA *hirta*. S. pl. 12. 2. 148.

OBS. Eadem ratione determinanda:

JUSSIEUA *hirta*, erecta, hirſuta, floribus 4-petalis 8-dris; foliis ovatis acuminatis, ſubtus hirtis.

Oenothera aſſurgens hirſuta floribus ſolitariis. Brown. jam. 208. 2.

COMBRETUM. S. V. 359.

COMBRETUM *laxum*. S. V. 359. 1.

DESCR. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, ramoſus.

Rami brachiati, ramulis apice compreſſiuſculis fuſco-ferrugineis pubeſcentibus.

Folia petiolata, oppoſita, elliptica, magna, integra, nervoſa, glabra.

Flores racemoſo-ſpicati.

Pedunculus communis axillaris, in ramis terminalibus, erectus, teres, ferrugineo-pubeſcens.

Racemuli oppoſiti, patentes, multiflori, pedicellis florum breviſſimis, uniſloris.

Cal. cyathiformis, 4-gonus, intus villoſus, coloratus.

Petala 4. unguibus breviſſimis, angulis calycis inſerta, ovata, patentia, albo-luteſcentia.

Filamenta 8, calyce duplo longiora, e fundo ejusdem. *Antheræ* ovatæ, minutæ.

Germen ſubrotundum, inferum. *Stylus* longitudine ſtaminum, ſubulato-filiformis. *Stigma* ſimplex.

Capſula oblonga, 4-gona, 4-alata, 1-locularis l.

Semen tetragonum, angulis membranaceis rubris 1-loculare.

Habi-

Habitat in fruticetis declivitatum Indiæ occidentalis. ♄

Obs. Variat foliis *anguſtioribus*, *ovato-lanceolatis*.

COMBRETUM *ſecundum*. S. V. 359. 2.

Obs. Eſt *Combretum laxum* Aubl. guian. 351. t. 37.

ALLOPHYLUS. S. V. 360.

Obs. Characteri hujus generis conveniunt flores Rhois *Cominiæ* & *Cobbe* L. — vid. obſ. in *Rhoë*.

Aporetica *Forſt. gen.* huc etiam referri debet. *Rhoi Cobbe* ſimillima.

MELICOCCA. S. V. 360.

Obs. Eſt *polygama*, *floribus maſculis* & *hermaphroditis in diverſis* arboribus.

Charact. eſſentialis correct.

☿. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 4. tandem reflexa. *Stigma* ſubpeltatum, 3-angulare. *Drupa* corticoſa.

♂. *Cal. Cor.* hermaphroditi. *Stam.* 8. baſi contigua.

Charact.

Charact. naturalis.

Hermaphroditi.

CAL. *Perianthium* 4-partitum. *Foliola* ovata, acuta, concava, patentia.

COR. *Petala* 4. laciniis corollæ majora, oblonga, obtuſa, patentia, dein reflexa.
Nectarium: annulus carnoſus cingens germen, cujus margine inſeruntur:

STAM. *Filamenta* 8. ſubulata, piſtillo breviora, reflexa. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* oblongum, obtuſe 4-gonum. *Stylus* breviſſimus, craſſus. *Stigma* ſubpeltatum, 3-angulare, lateribus erectis.

PER. *Drupa* corticoſa, ſubrotunda, vix acuminata.

SEM. *Nux* ſubrotunda, coriacea, glabra, baccata. *Nucleus* ejusdem formæ, in duas partes diviſibilis.

Maſculi in diverſa arbore.

CAL. COR. ut in hermaphroditis.
Nectarium: umbo carnoſus, cui adfixa:

STAM. *Filamenta* octo, baſi centro approximata, corolla longiora, erecta. *Antheræ* ſubrotundæ, biloculares.

PIST. *Germinis* rudimentum.

MELICOCCA *bijuga.* S. V. 360.

D E S C R. *Arbor: Trunco* mediocri, inermi.

Rami patentes.

Folia pinnata, 2-juga.

Petiolus communis, elongatus, teretiuſculus, inter foliola compreſſus, rarius alatus.

Foliola l. pinnæ duo paria, ſubſeſſilia, l. breviſſime petiolata, ovata, baſi & apice acuminata, integra, nervoſa, utrinque glabra, ſubconſiſtentia, læte viridia.

Racemi compoſiti, terminales; ramulis alternis, ſimplicibus, erectis, multifloris.

Flores maſculi copioſiores, decidui, magis flavi; hermaphroditi vix majores.

Nectarium luteum. *Antheræ* luteæ.

Drupæ nucis moſchatæ duplo majores, cortice tenui ſubfragili, nucem conſiſtentia gelatinoſa acido-dulci (*vitello ovi haud abſimili*) indutam, tegente.

Nuces interdum binæ.

Incolit ſylvas Americæ calidioris.

Hoſpitatur in hortis Ind. orientalis. ♄

Arbores maſculæ frequentiores.

Floret menſe Aprili. *Fructus maturi ſub media æſtate.*

Vulgo appellatur apud Anglos amer. Genip-Tree.

GUAREA. S. V. 360.

GUAREA *Trichilioides.* S. pl. 2. 157.

O B S. Exclude *Trichiliam Brown. jam.* 279. Huc vero pertinent:

Elu.

Elutheria arborea, foliis majoribus ovatis, oppoſitis, petiolis brevibus ſubtumidis ganglionoſis. Brown. jam. 369. 7.

Lauro affinis arbor, foliis latioribus ex adverſo ſitis, ligno moſchum olente. Sloan. cat. 137. h. 2. t. 170. f. 1.

DESCR. *Arbor: Trunco* mediocri, lævi.

Rami patentes, ferrugineo-cinerei, ramulis laxis.

Folia pinnata absque impari.

Petioli univerſales, alterni, longiuſculi, teretes, glabri, cinerei.

Pinnæ 2-4-jugæ, petiolatæ, lanceolato-ovatæ, obtuſæ, integræ, nervoſæ, glabræ.

Petioli partiales, breves, craſſi, teretes.

Racemi longi *(pedales)* axillares, ſubdiviſi, laxi, *ramulis* multifloris, *pedunculis* breviſſimis.

Cal. fere 4-gonus, minutus, 4-fidus; *laciniis* obtuſis, patentibus.

Petala 4. lanceolata, obtuſa, patentia.

Nectarium cylindricum, longitudine petalorum, fauce contractius.

Stam. Filamenta nulla. *Antheræ* 8. margini interiori nectarii inſertæ, ovatæ.

Germen ſubrotundum, breviſſime pedicellatum. *Stylus* ſubulatus, craſſus, longitudine nectarii. *Stigma* 4-gonum, depreſſum.

Capſula ſubrotunda, magna, ſubſeſſilis, 4-ſulcata, 4-locularis, 4-valvis, (in 4 partes dehiſcens) — ſubſtantia interna ſuberoſa.

Semina 4. ſolitaria, oblonga, arillo coccineo.

Incolit ſylvas adque rivos Indiæ occidentalis. ♄

Floret Jan. & Febr.

Rami fracti, cortex, & flores moſchum olent.

Angl. Jamaicenſ. Alligator — Muſk-wood.
Gall. Doming. Bois rouge.

AMYRIS. S. V. 361.

AMYRIS *maritima.* S. V. 361. 3.

Baccifera 3-folia racemoſa, floſculis albis tetrapetalis, fructu nigro monopyreno fœtido. Sloan. cat. 170. h. 2. 101. Raj. h. t. 3. 60.

DESCR. *Frutex* l. arbuſcula.

Caulis ramoſus, ſcaber, cinereus.

Folia petiolata, ternata. *Foliola* petiolata, ſubrotundo-elliptica cum brevi acumine, interdum obtuſa, crenata, patentia, nervoſa, utrinque glabra, punctis pellucidis perforata.

Petioli, petiolulique teretes.

Racemi compoſiti, cymoſi, ramulis oppoſitis multifloris.

Flores conferti cymam mentientes, albi, odoratiſſimi.

Cal. 4-dentatus, minimus.

Petala 4. breviter unguiculata, ovata, concava, integra, patentia.

Filamenta 8. ſubulata, erecta. *Antheræ* ſubrotundæ.

Germen ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* obtuſum, 4-gonum.

Bacca drupacea, magnitudine piperis nigri, ſubrotunda, 1-ſperma, matura nigra.

Nux globoſa, fragilis. *Nucleus* albus.

OBS. An AMYRIS *ſylvatica* diſtincta ſpecies? Variat enim maritima, pro differentia loci & ſoli, magnitudine omnium partium.

Pro-

Provenit in fruticetis ſteriliſſimis, ſolo calcareo rupeſtri, prope mare, nec non in montibus interioribus Jamaicæ, Hiſpaniolæ & Cubæ. ♄
Floret a Junio in Sept.

AMYRIS *balſamifera.* S. pl. 2. 159.

OBS. Species ulterius examinanda; rara arbor in ſylvis & mihi non viſa.

Excludi debet ſynonymon Sloan. h. 2. p. 24. & fig. t. 168. 4. Raj. d. 88. quæ FAGARÆ *acuminatæ (prodr. p. 33.)* ſunt, indicante ſpecimine in *Muſeo Britannico* & *herb. Sloanei* ſervato.

XIMENIA. S. V. 361.

XIMENIA *americana.* S. V. 361. 1.

DESCR. *Arbor & frutex.*

Truncus, ramique læves. *Ramuli* ſpinoſi, teretes, ſtriati.

Folia alternatim (2-3) conferta, petiolata, ovata, rarius emarginata, integra, nervoſa, utrinque glabra.

Petioli teretiuſculi, ſuperne plani, glabri.

Spinæ laterales, ad exortum petiolorum erectæ, petiolis longiores, craſſiuſculæ, ſubulatæ, raræ.

Pedunculi axillares 1. ex tuberculo petiolorum, illis breviores, deflexi, teretes, 3-5-flori; *pedicellis* unifloris.

Cal. 4-gonus, 4-dentatus, minutus, patens.

Petala 4 lanceolata, baſi conniventia, reflexa, a baſi verſus apicem interne hirſuta, pallida, extus glabra.

Filamenta 8, petalis breviora, filiformia. *Antheræ* lineares, in barba petalorum reconditæ.

Germen oblongum, acuminatum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* obtuſum.

Drupa (mali minoris magnitudine), ſubrotunda, monoſperma, matura lutea.

Nux ſphærica. *Nucleus* albus.

Habitat ad littora ſaxoſa Hiſpaniolæ. *Floret Julio.*

DODONÆA. S. V. 362.

DODONÆA *anguſtifolia.* S. V. 362. 2.

Descr. *Frutex.* *Caulis* 3-4-pedalis, erectus, ramoſus, lævis; *ramis* ſubdiviſis, ſtrictus; *ramulis* compreſſis, angulatis, *cortice* ferrugineo.

Folia alterna, petiolata, lanceolato-linearia, obtuſiuſcula, integra, margine revoluta, nervoſa, utrinque glabra, rigida.

Petioli breves, angulati.

Racemi terminales, breves, floribus pedunculatis, numeroſis, congeſtis, luteo-viridibus, polygamis.

Flores maſculi in diverſo frutice.

Cal. 4-phyllus. *Foliola* oblonga, obtuſa, concava, patula. *Cor.* nulla.

Filamenta 8. breviſſima, ut fere nulla. *Antheræ* filamentis longiores, ovatæ, luteæ.

Piſtilli rudimentum in medio.

Hermaphrod. l. femina in diſtincto individuo.

Cal. & *Cor.* ut in maſculo.

Filamenta 8. *Antheræ* minutæ, albidæ, ſteriles.

Germen ſubrotundum, 3-gonum. *Stylus* longus, calyce 4-plo longior, tereti-angulatus, apice trifidus. *Stigmata* ſimplicia.

Ger-

Germen ſuccreſcens argute 3-gonum in *Capſulam* 3-alatam, 3-locularem abit.

Alæ membranaceæ, albidæ.

Semina ſolitaria, oblonga, compreſſiuſcula.

Incolit montes frigidiores Jamaicæ. ♄

DODONÆA *viſcoſa*. l. c. n. 1.

Obs. Variat interdum ſtaminibus 6.

Creſcit plerumque ad littora arida petroſa Indiæ occidentalis. ♄

WEINMANNIA. S. V. 375.

WEINMANNIA *glabra.*

Obs. Planta *Brownei* certe diſtincta; differt enim ramulis, *foliis pagina inferiori*, racemisque *hirſutis*, alis petiolorum *cordato-ovatis*, *floribus minoribus*, ſtylis *brevioribus acuminatis* &c. Charactere ſequenti ſpecifico diſtinguitur:

W. hirta, *foliis pinnatis*, *foliolis ovatis ſerrato-crenatis*, *ſubtus racemisque hirſutis.* Prodr. p. 64.

Deſcriptio *W. glabræ in Syſt. Veg. l. c.* data, bona, cui tantum addere lubet, magnitudinem a ſtatura Fruticis ad Arboris 40 pedum variare.

PAULLINIA. S. V. 379.

PAULLINIA *Curaſſavica.* S. V. 380. 8.

P. ſarmentoſa, *foliis ternato-ternatis*, *ad apices crenatis*, *infimis minoribus*, *quandoque tantum auritis.* Brown. jam. 212.

OBSERVATIONES.

SERIANÆ a CURURU *Plum.* fructu valde diſtinctæ, ut non incommode duo genera conſtituere queant:

SERIANIS enim eſt Capſula *magna*, *3-gona*, *l. 3-quetra*, *3-locularis*, *3-valvis*.

CURURU: Capſulæ *potius tres*, *medio connatæ*, *ſeparabiles*, *ſemina apice gerentes*, *inferne alatæ*.

CARDIOSPERMUM. S. V. 380.

CARDIOSPERMUM *Halicacabum.*

C. ſcandens, *foliis ternato-ternatis*, *acuminatis*, *ſerratis*. Brown. jam. 213.

Piſum veſicarium, *fructu nigro alba macula notato.* Sloan. h. 1. p. 238.

SAPINDUS. S. V. 380.

SAPINDUS *Saponaria.* S. V. l. c. n. 1.

S. foliis oblongis, *vix petiolatis*, *per coſtam ample alatam diſpoſitis.* Brown. jam. 206.

LAURUS. S. V. 383.

Groſſulariæ fructu arbor non ſpinoſa, *malabathri folio maximo glabro & ſplendente.* Sloan. cat. j. 165. h. 2. p. 85. tab. 197. f. 1. — Raj. h. 3. p. 26.

LAURUS *Perſea.* S. V. l. c. n. 10.

DESCR.

Descr. *Arbor* 15-20-pedalis.

Rami erecti, fragiles.

Folia petiolata, alterna, ſparſa, ovata, acuminata, integra, conſiſtentia, utrinque glabra, perennantia.

Flores racemoſo-cymoſi, viridiuſculi.

Calyx corollinus, 6-partitus, viridis, hirſutus.

Filamenta 9 longitudine calycis; *6 exteriora*, *3 interiora*. *Antheræ* oblongæ, 4-loculares, (duobus loculis utroque latere, quorum opercula erecta perſiſtunt, quaſi cornicula.)

Glandulæ 9 pedicellatæ, globoſæ, inter filamenta prope baſin inſertæ.

Germen ſubovatum. *Stylus* ſimplex, longit. ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Drupa maxima, calyce libera, pyriformis, carnoſa, matura mollis, cortice coriaceo tecta; 1-ſperma. *Nucleus* ovatus rugoſus, cute membranacea involutus.

Culta ubique in America calidiori, *fructu eduli, omnibus quadrupedibus gratiſſimo.*

Obs. Numerus ſtaminum *enneandrus* ubique occurrit, ſtamina tamen huic 6. attribuit Miller.

TINUS. S. V. 384.

Obs. Ill. *à* Linne, charactere Brownei, ut videtur, deceptus, novum genus hujus nomine concinnavit, quod vero ſpecies eſt *Clethræ*, indicante *flore 5-petalo*, & *Capſula 3-loculari polyſperma*, præter numerum & habitum ſui generis ſimillimum.

Figura *Brownei (Tab. 21. f. 1.)* eandem ſub nomine *Volkameriæ*, repræſentat flore *Clethræ*, germine immaturo, ſeminibus plurimis, licet deſcriptio

floris (pag. 215.) in multis (neſcio quo jure) aberret.

Planta *Sloanei (h. 2. 86. t. 198. f. 2.)* vera eſt ſpecies *Clethræ*, quod ex herbario ejus in *Muſ. Brit.* patet.

Tinus ideoque ab *Enneandria* excludi, adque *Decandriam* amandari debet; vid. Clethram *tinifoliam — prodr. p. 74.*

SOPHORA. S. V. 391.

SOPHORA *occidentalis*, foliis pinnatis: foliolis numeroſis ſubrotundis incanis, ſubtomentoſis.

S. occidentalis. S. V. l. c. n. 3.

Descr. *Frutex*, *caule* tereti, ramoſo, incano-pubeſcente; *ramis* teretibus, patulis, ſubtomentoſis.

Folia pinnata.

Petioli univerſales, alterni, longi, patuli, teretes, baſi incraſſati, incani.

Foliola numeroſa, petiolata, oppoſita, plerumque 6-juga cum terminali impari, ſubrotunda, integra, plana, incana, infra albo-tomentoſa.

Petioli partiales breves, teretes.

Flores ſubſpicati.

Pedunculus terminalis, erectus, pedalis, ſimplex, teres, multiflorus; *floribus* numeroſiſſimis, approximatis, majuſculis, pedunculatis, luteis.

Cal. tubulatus, ſuperne gibbus, *limbo* obtuſe 5-dentato inæquali: *(3 inferioribus longioribus,)* incanus, pallide virens, perſiſtens.

Corolla papilionacea. *Vexillum* oblongum, ſeſſile, marginibus concavis, ſubcompreſſum, alas carinam-

namque amplectens. *Alæ* longitud. vexilli. *Carina* l. petala 4 ſimilia, æqualia, unguiculata.

Filamenta 10 ex fundo calycis libera, circa germen inſerta, longitudine carinæ & alarum, ſubæqualia. *Antheræ* incumbentes, oblongæ, luteæ.

Germen pedicellatum, teres, incanum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* ſimplex, acutum.

Legumen pedicellatum, longiſſimum, initio filiforme, dein toruloſo-articulatum, uniloculare, 2-valve.

Semina ſubrotunda.

Incolit maritima arenoſa Jamaicæ. ♄ *Floret Majo & Junio.*

BAUHINIA. S. V. 392.

BAUHINIA *acuminata.* S. V. l. c. n. 8. Syſt. pl. 2. p. 247.

Obs. Exclude ſynonyma *Brownei & Sloanei*, quæ *B. porrectæ* ſunt. *Prodr. p. 66.*

PARKINSONIA. S. V. 392.

PARKINSONIA *aculeata.* S. V. l. c.

Descr. *Arbuſcula: Caule* 10-12-pedali, inermi-ramoſo, lævi; *ramis* longis, ſubdiviſis, flexuoſis, aculeatis, ſtrictis.

Aculei duo oppoſiti ad latera petiolorum, unus intermedius 3-plo longior, ſubulatus, erectus.

Folia alterna, 4-terna ex eadem gemma, pinnata, longiſſima, linearia.

Petioli univerſales, lineares, baſi craſſiores, plani, ſubconvexi, patuli, glaberrimi.

Folio-

Foliola minutiſſima, breviſſime petiolata, ovata, glabra.

Racemi terminales, axillares, ſolitarii, foliis breviores, erecti, (8-10) multiflori: Floribus pedunculatis, alternis, ſparſis, luteis; *pedunculis* longioribus.

Cal. 5-phyllus: *receptaculo* campanulato inſertus. *Foliola* ovato-lanceolata, acuta, reflexa, colorata, decidua.

Petala 5. ſubæqualia, patentia. 4. brevius unguiculata, ovata; 5-to ſupremo quaſi pedicellato, ſubrotundo, baſi ſtriis ſanguineis colorato: *omnia* undulato-criſpa.

Filamenta 10 declinata, petalis $\frac{1}{2}$ breviora, æqualia. *Antheræ* incumbentes, oblongæ, purpureæ.

Germen teres, longum, declinatum. *Stylus* brevis, ſubulatus, paullum adſcendens. *Stigma* obtuſum, ſimplex.

Legumen longiſſimum, teres, compreſſiuſculum, toruloſum, apice acuminato, uniloculare, 2-valve.

Semina oblonga, fuſca, glabra.

Habitat in Americæ calidioris *ſepibus.* ♄

Uſus pro ſepibus. Nomen vernac. Angl. Jeruſalem Thorn. *Floret vere.*

CASSIA. S. V. 393.

CASSIA *viminea.* S. V. l. c. 3.

Senna ſpuria 4-phylla, ſiliqua lata compreſſa. Sloan. j. 2. p. 49. tab. 189. f. 6. 7.

DESCR. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, altiſſimus, (40-50 pedum,) ramoſus, ſtriatus, ſtrictus; *ramis* divaricatis, laxis, rigidiuſculis, tereti-ſtriatis, glabris.

Folia

Folia pinnata, bijuga.

Pinnæ petiolatæ, (par inferius patens, deflexum: terminale perpendiculariter deflexum approximatum,) oblongæ, acuminatæ, integræ, nervoſæ, venoſæ, glaberrimæ.

Petioli univerſales baſi incraſſati, teretes, ex flexura caulis, plerumque ſecundi.

Glandula inter petiolos paris inferioris foliorum, lineari-oblonga, erecta, fuſca.

Spinæ obſoletæ, ſubpetiolares, 3-dentatæ (in ramis vetuſtioribus l. adultis obviæ.)

Racemi axillares, ſtricti, patentes, multiflori, ſtriati; *floribus* magnis, pedunculatis; *pedunculis* longioribus.

Cal. 5-phyllus: *Foliola* ovata, reflexa, patentia, parva, pallide viridia.

Petala inæqualia, 4. *ſuperiora* minora, unguiculata, ovata: *5tum inferius*, majuſculum, concavum.

Filamenta 10. *3 poſteriora* ſterilia; 6. minora, brevia, fertilia. 10-m ſub piſtillum deflexum, majus. *Antheræ* oblongæ, roſtratæ.

Germen pedicellatum, lineare, corolla longius, deflexum, recurvum. *Stylus* ſubulatus, breviſſimus; *Stigma* obtuſum.

Legumen breve, compreſſum.

Incolit ſylvas montium alt. Jamaicæ *interioris.* ♄

CASSIA *emarginata*, foliis ſub 4-jugis ovatis ſubintegris, floribus racemoſis irregularibus, caule arboreo.

C. emarginata. S. V. 393. 8.

C. racemoſa, foliolis 5-jugatis lanceolatis rigidis, floribus racemoſis axillaribus, ſiliquis planis, caule fruticoſo. Mill. dict.

C. ar-

C. arboreſcens, ſiliquis longis compreſſis. Brown. jam. 223. 3.

Descr. *Arbuſcula: Trunco* 10-12-pedali.

Ramis ſubdiviſis, teretibus, cinereis, pubeſcentibus.

Folia pinnata, petiolata, ſparſa, patentia. *Petioli univerſales* teretes, 2-unciales, pubeſcentes. *Foliola* 3-4-juga, petiolata, ovata, obtuſa, integra, nervoſa, craſſiuſcula, tomentoſa, infra incano-pubeſcentia.

Racemi axillares, ſolitarii, patuli, foliis breviores, multiflori.

Flores terminales, pedunculati, lutei; *pedunculi* uniflori, breves.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* 3. majora, ovato-oblonga, patula, concavo-fornicata, extus pubera.

Petala 5 inæqualia: 4 unguiculata, oblonga, ſubæqualia; inferiora minora; 5tum ſuperius unguiculatum, majus, difforme, oblique ſigmoideum, concavum, margine undulatum.

Filamenta breviſſima, 10, æqualia, declinata, ſubulata. *Antheræ* longitudine filamentorum, craſſæ, incurvæ, fertiles.

Germen ſubulatum, pedicellatum, oblique declinatum. *Stylus* breviſſimus, aſſurgens. *Stigma* obtuſum.

Legumen planum, latum.

Incolit fruticeta arida Jamaicæ auſtralis. ♄

Floret vere. Sem. maturat Auguſto.

CASSIA *obtuſifolia*, foliis 3-jugis obovatis obtuſis. S. V. 393. 9.

Descr. *Caulis* pedalis, erectus, ſubdiviſus, ſtrictus, teres, glaber.

Folia petiolata, pinnata ſine impari. *Petioli* alterni, patentes, teretiuſculi, baſi incraſſati, medio cana-

canaliculati, læves. *Pinnæ* 3-jugæ, obovatæ, ſubſeſſiles, ſuperiores majores, margine integræ, apice ſetula breviſſima, ſupra glauca, inferne pubeſcentia.

Glandula linearis, breviter petiolata, inter par infinum pinnarum, lutea, minuta.

Stipulæ oppoſitæ, fere ſetaceæ, ad latera baſeos petioli.

Flores axillares, majores, lutei; *pedunculis* ſolitariis, breviſſimis, petiolis brevioribus, 2-floris; *pedicellis* 4-angularibus, pedunculis 3-plo longioribus.

Foliola calycis ovata, 2 majora, convexa, margine piloſa.

Petala ſubæqualia, unguiculata: 3 ſuperiora patentia; 2 *inferiora* contigua, fere minora.

Filamenta 10: 4 ſuperiora, minuta, ſterilia ſine antheris; 4 media, majora fertilia; 2 inferiora, deflexa. *Antheræ* apice perforatæ, polliniferæ.

Germen oblongum, acuminatum. *Stylus* ſubulatus, recurvus. *Stigma* ſimplex, pubeſcens.

·*Legumen* pedicellatum, lineare, 4-5-pollicare, tereti-angulatum, curvum, læve. *Semina* 20-24.

Incolit ruderata Jamaicæ.

CASSIA *occidentalis.* S. V. l. c. n. 12.

C. herbacea, major, erecta, ramoſa, foliis ovato-acuminatis, ſiliquis anguſtioribus compreſſis, ſpicis laxioribus terminalibus aſſurgentibus. Brown. jam. 224. 10.

Senna occidentalis odore opii viroſo, Herm. *&c.* — Sloan. h. 2. t. 176. 3. 4.

CASSIA *Fiſtula.* S. V. l. c. n. 14.

C. arborea, foliis paucioribus ovatis, atque pinnatis, ſiliqua maxima cylindracea. Brown. jam. 222. 1.

C. ni-

C. nigra fiſtuloſa prima ſ. C. fiſtula Alexandrina. C. B. Sloan. h. 2. p. 42.

Provenit ſponte in India occidentali.

CASSIA *piloſa.* S. V. l. c. n. 16.

DESCR. *Caulis* 1-2-pedalis, herbaceus, ſubdiviſus, erectus, teres, hirſutus, rubeſcens.

Rami breves, erectiuſculi.

Folia pinnata, 4-5-juga. *Foliola* oppoſita, ſubſeſſilia, oblonga, apice rotundata, acuta cum ſetula minima, baſi oblique petiolo adfixa, venoſa, margine hirſutiuſcula.

Petioli communes baſi craſſiores, teretes, hirſuti.

Glandulæ minutiſſimæ, pedicellatæ, hirſutie ſub pinnis infimis tectæ.

Stipulæ oppoſitæ, ſeſſiles, falcatæ, acuminatæ, integræ, hirſutæ.

Flores axillares, 2-3, pedunculati, parvi, lutei.

Pedunculi filiformes, longi, uniflori, glabri, purpuraſcentes.

Stipulæ duæ albidæ in pedunc. ſub floribus.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* lanceolata, patentia.

Petala 5. ſubæqualia, ſubrotunda, unguiculata, concava, margine undulata.

Filamenta 7. quorum duo minuta ſterilia. *Antheræ* lineares, albæ, apice polliniferæ.

Germen oblongo-lanceolatum, villoſum, album. *Stylus* teres, craſſius, recurvus. *Stigma* ſimplex obtuſum.

Legumen teretiuſculum, lineare, pedicellatum, pubeſcens.

Incolit culta arida Jamaicæ auſtralis. *Floret verſus finem anni.*

CASSIA

CASSIA *Senna?*

Senna ſecunda Italica ſ. foliis obtuſis. C. B. Sloan. h. 2. 47.

Descr. *Caulis* fruticuloſus, ramoſus, lævis; ramis ſubdiviſis.

Folia 5-rarius 6-juga.

Petioli communes alterni, teretes, baſi incraſſati.

Foliola petiolata, oppoſita, oblonga, apice rotundata, ſetula breviſſima, venoſa, glauca. *Petioli partiales* breviſſimi.

Stipulæ ad baſin petioli commun. oppoſitæ, acuminatæ.

Racemi terminales, erecti, multiflori, floribus breviter pedunculatis, deflexis, pallide luteis.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* lanceolata.

Petala 5 convexa, patula.

Filamenta 10: 3. ſuperiora, 4 media minora, 3 inferiora. *Antheræ* ſuperiorum magnæ, med. parvæ, inferiorum ſteriles.

Germen lanceolatum. *Stylus* incurvus. *Stigma* acutum.

Legumen ventriculiforme, pedicellatum. 8-ſpermum; pro quocunque ſemine utroque latere alatum: margine inferiore crenatum.

Semina oblonga, compreſſa.

Inſolit hodie littora marina Port-Royal Jamaicæ, *olim ab exteris advecta.*

CASSIA *ſerpens.* S. V. 394. n. 23.

Senna occidentalis, ſiliqua ſingulari, foliis herbæ mimoſæ, floribus pediculis longioribus inſidentibus. Sloan. h. 2. 5.

L Descr.

Descr. *Caulis* herbaceus, 3-4-pollicaris, ſimplex, filiformis, ſubereſtus, baſi depreſſus, ſtrictus, teres, villoſus.

Folia pinnata, multijuga (7-9.). *Foliola* oppoſita, ſubfalcata, ſeſſilia, approximata, plana, obliqua, ſeta breviſſima terminata, ſubvilloſa. *Petioli communes* filiformes, breves, baſi incraſſati, teretes, hirſuti.

Glandulæ duæ infra infinum par pinnarum, depreſſæ, ſeſſiles, ſubrotundæ, perforatæ, rubræ.

Stipulæ ad baſin petiolorum, geminæ, oppoſitæ, obliquæ, lanceolatæ, acuminatæ, apice fere ſetaceo.

Flores non axillares ſed ſupra petiolos conferti, pedicellati (2-3): *pedicellis* breviſſimis, parvi, lutei.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* lanceolata, patentia.

Petala 5. inæqualia, ovata, obtuſa, concava, patentia.

Filamenta 10. breviſſima. *Antheræ* lineares, fertiles; 3. anteriores deflexæ, majuſculæ.

Germen compreſſum, oblongum. *Stylus* craſſiuſculus. *Stigma* obtuſum, pubeſcens.

Legumen planum, compreſſum, lato-lineare, marginatum, obtuſum, polyſpermum, villoſum.

Creſcit in paſcuis aridis nec non cretaceis graminoſis Jamaicæ.

CASSIA *alata*. S. V. l. c. n. 25.

C. ſiliquis 4-alatis, ſpicis terminalibus, foliis plurimis pinnatis majoribus obovatis. Brown. jam. 224. 9.

Descr. *Caulis* ſubherbaceus, orgyialis & ultra, remoſus, erectus, ſulcatus, glaber; *ramis* ſimplicibus, ſtriatis.

Folia magna, 1-2-pedalia, pinnata, 6-juga.

Petio-

Petiolus communis baſi incraſſatus, 3-queter, ſuperne excavatus, ſubalatus.

Foliola a baſi ad apicem gradatim majora, breviſſime petiolata, obovata, obtuſa, integra, nervoſa, utrinque glabra, ſubtus pallidiora, pubeſcentia.

Glandulæ nullæ. *Stipulæ* ſemicordatæ.

Racemi terminales, ſpicati, 1-2-pedales, ſolitarii, teretes, erecti, multiflori.

Flores magni, lutei, pedicellati.

Bracteæ ſubrotundo-ovatæ, concavæ, integræ, colore florum, flores tegentes, ſquamarum inſtar laxe imbricatæ.

Pedicelli ſparſi, breves, teretes, glabri.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* oblonga, concava, colorata, tenera.

Petala 5. inæqualia, unguiculata, ſubrotunda, concava, integra: *quintum ſuperius* paullo majus, margine fimbriato-undulatum.

Filamenta 10: 3-inferiora minima, *antheris* ſterilibus; 4 media minora, fertilia; 2 ſuperiora longiora, *antheris* maximis recurvis baſi 2-fidis, apice retuſis.

Germen breviter pedicellatum, longum, declinatum, recurvum, ſtriatum. *Stylus* brevis, recurvus. *Stigma* obtuſum.

Siliqua (l. Legumen) bivalvis, 4-angularis, angulis oppoſitis alatis, margine crenato.

Semina diſſepimentis alternis membranaceis interſtincta; rhomboidea, compreſſa.

Incolit depreſſa fruticeta, juxta ripas Jamaicæ & Hiſpaniolæ. ♃

OBS. Anglis vulgo appellatur *Ringworm-buſh;* Gall. Domingenſ. *Herbe à dartres:* *Rum-*

Rumphius (amb. 7. p. 35. tab. 18.) etiam *Herpeticam* vocat.

Floret vere.

CASSIA *Chamæcriſta.* S. V. l. c. n. 33.

Descr. *Caulis* herbaceus, pedalis l. ultra, ramoſus, diffuſus, glaber, teres; *ramis* hirſutis.

Folia pinnata, 24-25-juga.

Petioli communes teretes, hirſuti, baſi craſſiores.

Foliola breviſſime petiolulata, oppoſita, lanceolata, baſi rotundata, obliqna, apice obtuſa, ſetula minima terminata, nervoſa, glabra.

Glandulæ pedicellatæ, capitatæ, truncatæ, apice turbinatæ, infra infimum par foliolorum.

Stipulæ lanceolatæ, acuminatæ, oppoſitæ, ad baſin petiolorum, ſemiamplexantes, glabræ, margine pubeſcentes.

Flores inter ſtipulas ſupra petiolum, nec axillares, pedicellati: *pedicellis* breviſſimis, ſolitariis, 3-floris.

Corollæ parvæ, luteæ. *Stipulæ* 2, minutæ, oppoſitæ in pedicellis.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* linearia, æqualia, acuta, reflexa, pubeſcentia.

Petala 5. inæqualia; *2 ſuperiora* minora, macula fuſca; *cetera* majora, unguiculata, ſubrotunda, concava, margine undulata.

Filamenta 10. inæqualia: 7 poſteriora, minora; 3 anteriora, longiora. *Antheræ* lineares, angulatæ, apice polliniferæ.

Germen oblongum, album, valde hirſutum. *Stylus* recurvus, craſſus. *Stigma* obtuſum.

Legumen compreſſum.

Incolit paſcua arida Indiæ occidentalis. ⊙

POIN-

POINCIANA. CÆSALPINIA.

S. V. 395.

Obs. Notæ, quibus Poinciana & Cæsalpinia in duo genera diſtincta diſpeſcuntur, inſufficientes ſunt, tantaque ambarum eſt affinitas, ut commode ſub uno genere militare queant, nomine hujus ſervato.

CÆSALPINIA.

Character eſſentialis.

Cal. 5-partitus: lacinia infima majori ſubfornicata. *Stam.* baſi lanata. *Petala* 5. *Legumen* compreſſum.

Character naturalis.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, 5-partitum. *Tubus* brevis. *Laciniæ* oblongæ, deciduæ, infima reliquis longiore, ſubfornicata.

Cor. *Petala* 5, fauci tubi calycis inſerta, inæqualia. *Laminæ* ſubrotundæ.

Stam. *Filamenta* 10. fauci calycis inſerta, filiformia, baſi lanata, declinata. *Antheræ* oblongæ, decumbentes.

Pist. *Germen* ſuperum, lineari-oblongum, compreſſum, baſi attenuatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Per. *Legumen* oblongum, compreſſum, 1-loculare.

Sem. nonnulla, ſubovata, compreſſa, plana.

CÆSALPINIA *bijuga*, aculeata; foliis duplicato-2-jugis: foliolis obcordatis, calycibusque glabris, ſtaminibus corollam æquantibus.

Poinciana bijuga. Linn. S. V. 395. 1.

Cæſalpinia veſicaria L. S. V. 395. 1. *Eadem cum illa planta.*

CÆSALPINIA *pulcherrima*, aculeata; foliolis oblongo-ovalibus emarginatis, calycibusque glabris; corymbis ſimplicibus, petalis fimbriatis, ſtaminibus longiſſimis.

Poinciana pulcherrima. S. V. l. c. n. 2.

CÆSALPINIA *elata*, inermis, foliolis linearibus obtuſis (cum acumine), corymbis compoſitis, calycibus coriaceis tomentoſis, petalis fimbriatis; ſtaminibus longiſſimis.

Poinciana elata. S. V. l. c. n. 3.

Obs. Synon. ex *Hort. Cliff. & Flora Zeyl.* excludi debent.

CÆSALPINIA *braſilienſis*, inermis, foliolis ovato-oblongis, rachibus pubeſcentibus, calycibus tomentoſis, ſtaminibus corolla brevioribus.

C. bre-

C. braſilienſis. Syſt. plant. 12. p. 259. 1. in S. V. 14. *excluſa.*

Obs. Exclude Synon. *Catesbæi.*

CÆSALPINIA *Sappan*, aculeata, foliolis oblongo-ovalibus inæquilateris obtuſis, calycibusque glabris, ſtaminibus corolla longioribus, petalo ſupremo minore.

C. Sappan. S. V. l. c. 2.

CÆSALPINIA *Criſta*, aculeata, foliolis ovalibus, racemis ſimplicibus, petalis ovatis calyce glabro brevioribus, ſtam. calyce longioribus.

C. Criſta. S. V. l. c. n. 3.

GUILANDINA. S. V. 396.

GUILANDINA *Bonducella.*

G. ſpinoſa, foliis 2-pinnatis ovatis cum acumine, ſeminibus cinereis. Brown. jam. 228. 1.

GUILANDINA *Moringa.* S. V. l. c. 4.

Descr. *Arbor.*

Radix craſſa, ſubſtantia molliori.

Truncus mediocris, *(12-20 pedalis,)* lævis, cortice cinereo. *Rami* erectiuſculi.

Folia bipinnata.

Petioli univerſales 2-3 pedales, teretes, glabri, ſtricti. *Partiales* 5-6-jugi, horizontales, compreſſi.

Foliola 3-juga, ternata, oblonga, integra, glabra, venoſa.

Racemi longi, axillares, teretes, pubeſcentes, ſubdiviſi, multiflori; *racemulis* ramoſis, ſecundis, deflexis.

Squamulæ minutæ, deciduæ, ſub racemulis.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* 3. ſuperiora, 2. inferiora; *omnia* æqualia, reflexa, lanceolata, obtuſa, colorata, albida l. pallide rubra, pubeſcentia.

Cor. *Petala* 5: 4 *anteriora* æqualia deflexa, pallida; *unum* poſticum crectum, paullo majus, albidum. *Fundus* nectariferus.

Filamenta 10: 5. longiora, l. longitudine petali majoris, erecta; *antheris* cordatis, incumbentibus, fertilibus, flavis; 5 breviora, ſterilia.

Germen elongatum, 3-quetrum, acuminatum, pubeſcens. *Stylus* ſubulatus, brevis. *Stigma* ſimplex, acutum.

Legumen 2-pedale, 3-quetrum, 3-valve, ſtriatum, 1-loculare.

Semina 15-16. diſtincta, longitudinaliter locata, oblonga, 3-gona, 3-alata. *Alæ* membranaceæ.

Provenit culta in Jamaica, *ex ſeminibus ab* India orientali, *ut dicitur, olim petitis.*

Obs. Videtur itaque a *Guilandinis* diverſa *Calyce, ſtaminibus, fructu,* & *habitu.* Vid. obſ. *Linn.* l. c.

Ut præſtantiſſimum ſuccedaneum Cochleariæ Armoraciæ, *radix hujus arboris deraſa inſervire poteſt, odore & ſapore ſimillima.*

Floret Novembri & vere.

GUAJACUM. S. V. 396.

GUAJACUM *officinale.* S. V. l. c. 1.

Descr. *Arbor l. frutex.*

Trun-

Truncus inermis, ramis erectiuſculis.

Folia pinnata.

Petioli univerſales teretes, canaliculati, glabri.

Foliola 2-juga, elliptica, ſeſſilia, integra, obtuſa, venoſa, nitida.

Pedunculi terminales, teretes, petiolis breviores, uniflori. *Flores* cærulei.

Foliola calycis 5. ovata, convexa, pubeſcentia.

Petala 5. ovata, obtuſa, patentia, integra, calycis foliolis longiora, receptaculo inſerta.

Filamenta 10. ſubulata, baſi contigua. *Antheræ* incumbentes, baſi bifidæ, luteæ.

Germen obcordatum, compreſſum, pedicellatum. *Stylus* ſubulatus, perſiſtens. *Stigma* ſimplex, acutum.

Capſula ſucculenta, obcordato - angulata, glabra, lutea, 2-5-locularis.

Semina ſolitaria, nucum æmula, oſſea, compreſſo-ſubrotunda.

Habitat paſſim in Antillis. *Floret menſe Octobri & Novembri.*

Reſina ex trunco vulnerato copioſe defluit, indurata legitur ab Incolis.

Gall. Doming. Gaillard.

DICTAMNUS. S. V. 397.

DICTAMNUS *Capenſis.* S. V. n. 2.

Obs. Eliminari debet, eſt enim Calodendron *Capenſe.* *l. c. p. 241.*

HÆMATOXYLUM. S. V. 398.

HÆMATOXYLUM *Campechianum.*

Descr. *Arbor: Trunco* mediocri, ſæpe ex ramis diſſormi, inermi, *libro* rubro, *ſubſtantia* dura.

Rami ſubdiviſi, flexuoſi, aculeati, teretes, cinerei.

Folia pinnata. *Petioli* alterni, patuli, teretes, glabri. *Pinnæ* 4-jugæ, breviſſime petiolatæ, fere obcordatæ, integræ, parvæ, venoſæ, glaberrimæ, nitentes, ſub die patentes, nocte erectæ, conniventes.

Aculei validi, mediocres, ſuprapetiolares.

Racemi axillares, ſimplices, erecti, longitudine foliorum, ſolitarii, multiflori.

Flores pedunculati, numeroſi, parvi, lutei. *Pedunculi* breves, ſparſi, colorati, uniflori.

Cal. 5-partitus, baſi campanulatus, minimus; *laciniis* lanceolatis, convexis, reflexis, coloratis.

Petala 5. breviter unguiculata, ovata, obtuſa, æqualia. *Fundus* calycis nectariferus.

Filamenta 10. corolla longiora, ſubulata, villoſa. *Antheræ* incumbentes, revolutæ, luteæ.

Germen lanceolatum, breviter pedicellatum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* dilatatum, perforatum.

Legumen ſubpedicellatum, lanceolatum, compreſſum, obtuſum, 1-loculare, 2-valve. *Valvulæ* medio longitudinaliter diſrumpentes partibus navicularibus dehiſcunt.

Semina aliquot oblonga, valde compreſſa.

Incolit arida fruticeta, præcipue maritima, Indiæ occidentalis, *arenoſo-argillacea. Florens Martio & Aprili — diſſeminat Julio.*

CHAL-

CHALCAS. S. V. 398.

OBSERVATIO.

Una eademque planta cum MURRAYA EXOTICA, nec ſpecie diſtincta.

TRICHILIA. S. V. 358.

TRICHILIA *hirta*, foliis pinnatis, foliolis paucioribus ellipticis acuminatis glabris; racemis confertis.

Pruno forte affinis arbor, folio alato, flore herbaceo pentapetalo racemoſo. — Sloan. hiſt. 2. t. 220. 1.

OBS. Exclud. alterum ſynonymon *Sloanei h. 2. p. 103. t. 210. f. 2. 3.* &

TRICHILIAM ſpondioidem *Jacq.* quæ diſtincta eſt ſpecies. vid. *Prodr. p. 67.*

MELIA. S. V. 400.

MELIA *Azedarach.* β. Sempervirens. S. pl. R. 2. p. 272.

OBS. Ab *Azedarach* diſtincta eſt, nec pro varietate æſtimari debet. Differt enim ab illa. quod tota *planta minor* & *ſæpe floret biennis*, quod *foliola læte viridia, raro plusquam 7. rugoſiuſcula, profundius & magis inæqualiter ſerrata & acuminata. Prodr. p. 67.*

TRIBULUS. S. V. 401.

TRIBULUS *Ciſtoides.* S. V. l. c. 4.

T. fo-

T. foliis ſexjugatis ſubæqualibus, flore amplo odorato. Brown. jam. 220. 1.

JUSSIEUA. S. V. 403.

OBS. Differt ab *Oenothera* calyce ſeſſili, & abſentia tubi ejusdem.

JUSSIEUA *repens.* S. V. l. c. n. 1.

Oenothera herbacea repens. Brown. jam. 208. 3.

DESCR. *Radices* ſimplices, filiformes, breves.

Caulis ramoſus, repens: *ramis* longis, ſubdiviſis, divaricatis, ſubſucculentis, teretibus, glabris.

Folia breviter petiolata, alterna, ſparſa, minora, oblonga, obtuſa, patentia, integra, glaberrima. *Foliola* minora in axillis.

Pedunculi breves, axillares, ſolitarii, uniflori, teretes, craſſiuſculi, glabri.

Squamulæ duæ minutiſſimæ ad baſin geminis.

Flores lutei, parvi.

Cal. 5-partitus. *Laciniæ* lanceolatæ, acutæ, longitudine petalorum, perſiſtentes.

Petala 5. ſubſeſſilia, patentia, ovata, obtuſa, venoſa.

Filamenta decem, filiformia, brevia. *Antheræ* ſubrotundæ.

Germen oblongum, baſi attenuatum. *Stylus* craſſus. *Stigma* capitatum, convexum, ſtriis 5 notatum.

Capſula oblonga, craſſiuſcula, coronata, longitudinaliter dehiſcens.

Semina per 5 ſeries longitudinaliter diſpoſita, angulata, compreſſa.

Habi-

Habitat in ſubhumidis & aquoſis Jamaicæ. *Vere florens.*

JUSSIEUA *erecta.* S. V. l. c. n. 5.

Descr. *Caulis* 2-4-pedalis, herbaceus, erectus, ramoſiſſimus, 4-gonus, glaber, rubeſcens. *Rami* filiformes, 4-angulares, erecti, ſubdiviſi, pubeſcentes.

Folia petiolata, lineari-lanceolata, alterna, integra, acuminata, nervoſa, glabra. *Petioli* breviſſimi, rubri.

Flores copioſi, axillares, ſolitarii, lutei, parvi.

Cal. 4-phyllus. *Foliola* ovato-lanceolata, acuminata, patentia, ſubtus ſtriata, glabra.

Petala 4. diſtantia, ovata, integra, concava, decidua.

Filamenta 8. petalis breviora, erecta, piſtillo contigua. *Antheræ* minutiſſimæ, exalbidæ, plerumque ſtigmati adglutinatæ.

Germen oblongatum, 4-angulare, rubeſcens, glabrum. *Stylus* breviſſimus, teres, craſſus. *Stigma* capitato-ſphæricum.

Capſula elongata, 4-gona, retuſa, 4-locularis, 4-valvis.

Semina minutiſſima, ſubrotunda, ferruginea.

Incolit graminoſa uda Jamaicæ *&c.* ⊙ *Vernalis.*

Obs, Hujus generis ſunt: Oenothera *octovalvis*, & *hirta* Linn. vid. ſupr. Obſ. in *Oenothera.*

MELASTOMA. S. V. 403.

Charact. eſſentialis correct.

Calyx 4-5-fidus, campanulatus. *Petala* 4-5, calyci inſerta. *Bacca* 4-5-locularis, calyce obvoluta.

Obser-

OBSERVATIO.

Affinitas ſumma cum RHEXIA & OSBECKIA. Fructu autem differt valvulis non dehiſcente; is tamen in quibusdam ſpeciebus ſiccus, non niſi externe inter angulos calycis cingentis, (nec apice,) rumpens.

MELASTOMA *Acinodendron.* S. V. l. c. n. 1. S. pl. R. 2. p. 284.

OBS. Species obſcura & ſynonyma vaga. Excludi debet ſynonym. *Sloanei h. 2. 84. t. 96. f. 1. & Raj. dendr. 26.* ad *M. argenteam* amandanda. *Prodr. p. 70.*

MELASTOMA *ſcabroſa*, foliis triplinerviis denticulatis ovatis ſcabris hirſutis, floribus axillaribus aggregatis ſeſſilibus octandris.

M. ſcabroſa. S. V. l. c. n. 3. Brown. jam. 219. 5. t. 24. 3.

DESCR. *Caulis* fruticoſus, vix orgyialis, ramoſus, hirſutus: *ramis* erectis, teretibus, hirſutis.

Folia majora, petiolata, oppoſita, ſubdecuſſata, ovata, attenuata, obtuſa, denticulata, triplinervia, nervoſa, venoſa, papilloſo-ſcabra; papillis pilo terminatis, ſubtus excavatis; hirſuto-tomentoſa.

Petioli longi, laxi, teretes, craſſi, hirſuti.

Flores axillares, confertiſſimi, ſeſſiles, minutiſſimi, exalbido-rubri, octandri.

Cal. 4-fidus, purpuraſcens, hirſutus, *laciniis* poſticis ſubulatis, minutis.

Petala 4. calyce vix majora, lanceolata, acuta, patentia, alba.

Fila-

Filamenta 8. corolla longiora, geniculata. — *Antheræ* lineares, acutæ.

Germen inferum, calyce tectum. *Stylus* teres, craſſiuſculus. *Stigma* obtuſum.

Bacca minuta, ſubrotunda, calyce cincta & coronata, hirſuta, ruſa, 4-locularis.

Incolit montes frigidiores Jamaicæ.

Floret Nov. & Decembri.

MELASTOMA *hirta.* S. pl. 12. 2. 285. 4.

Obs. Exclude ſyn. *Plum. ſpec. 18. ic. 141.* & figuram *Sloanei h. 2. t. 197. 2.* qui plures confundit ſpecies.

Descr. *Caulis* fruticoſus, orgyialis, ramoſus, hiſpidus. *Rami* erecti, hirſuti, teretes, ramulis ferrugineo-hiſpidis.

Folia petiolata, oppoſita, ovata, l. ovato-lanceolata, acuminata, denticulata, 5-nervia, rugoſa, mollia, hirſutiſſima.

Petioli longiuſculi, teretes, hirſuti.

Flores axillares & terminales, majuſculi; *pedunculis* breviſſimis, aggregatis, hirſutis, (3-4.)

Cal. 5-fidus, hirſutus, pilis ſanguineis, (unde flores ſanguineo-albidi.) *Laciniæ* ovatæ, poſtice auctæ laciniis linearibus, acutis, erectis, hirſutis.

Petala 5, ovata, alba.

Filamenta 10, calyci interne inſerta, brevia. *Antheræ* oblongæ, bifidæ.

Germen ovatum. *Stylus* craſſus, teres. *Stigma* obtuſum, concavum.

Bacca calyce veſtita & coronata, hirſuta, cærulea, 5-locularis.

Obs. Variat *floribus dodecandris: calyce 6-fido, petalis 6, ſtam. 12. Bacca 6-loculari.*

Inco-

Incolit montes ſylvoſos Jamaicæ.
Floret autumno & vere.

MELASTOMA *boloſericea*, foliis trinerviis integris ſeſſilibus ovatis acutis villoſo-ſericeis, racemis brachiatis, ramis bipartitis, caule acute 4-angulo.

M. holoſericea. S. V. l. c. n. 7.

Descr. *Caulis* fruticoſus, hirtus, 4-gonus, angulis acutis, membranaceis.

Folia oppoſita, ſeſſilia, ovata baſi cordata. acuminata. integerrima, villoſa, ſericea, ſubtus albida 3-9-nervia, nervis 3 craſſioribus.

Flores brachiato - racemoſi.

Racemi oppoſiti, ſubdiviſi, flore ſeſſili in dichotomia; pedicellis ultimis 3-floris. *Corollæ* maJuſculæ.

Cal. oblongus, 5-fidus. *Laciniæ* lanceolatæ, acutæ.

Petala 5. obovato-ſubrotunda, obtuſa, patentia, laciniis calycis longiora, violaceo-purpurea.

Filamenta 10, longitudine corollæ, filiformia, purpurea. *Antheræ* longiſſimæ, falcatæ.

Germen oblongum. *Stylus* longus, curvus. *Stigma* craſſiuſculum.

Bacca —

Occurrit etiam in Braſilia. Banks & Solander.

Obs. Eandem eſſe, ac M. *holoſericea*, ex herbario Linnei patet.

MELASTOMA *lævigata.* S. V. 404. n. 11. S. pl. 12. 2. p. 287. n. 9.

Obs.

Obs. Exclude ſynon. *Sloanei jam. 165. h. 2. p. 85. t. 197. f. 1.* quod eſt figura rami *Lauri Chloroxylon* (*herb. Sloan.*) & *Plum. ſpec. 18. t. 140.* ad M. *ſplendentem* referendum. (*Prodr. p. 70.*)

Horum loco addatur:

Groſſularia fructu non ſpinoſa, malabathri folio oblongo, floribus herbaceis racemoſis, fructu nigro. Sloan. C. 165. h. 2. 140. Raj. h. 2. d. 26.

Descr. *Frutex* humanæ altitudinis, erectus.

Caulis ramoſus, lævis. *Rami* erecti, tereti-angulati, læves.

Folia petiolata, decuſſato-oppoſita, lanceolato-ovata, acuminata, integra, 5-nervia. nervoſa venoſa, utrinque glabra, tenuiora, interdum ſubtus rugoſiuſcula, ſubnitida, ſaturate viridia.

Racemi terminales, compoſiti, erecti, paniculati, *ramis* oppoſitis decuſſatis, ramulis itidem oppoſitis; *floribus* confertis, breviter pedicellatis, albis, parvis.

Cal. ſuperus, 5-dentatus. *Dentes* obtuſi, breves.

Petala 5. infra dentes inſerta, ſubſeſſilia, ſubrotunda, integra.

Filamenta 10. calyci infra petala adfixa, corolla longiora, geniculata. *Antheræ* erectæ, apice perforatæ.

Germen ſubrotundum. *Stylus* erectus, ſtaminibus longior. *Stigma* craſſiuſculum, truncatum, concavum.

Bacca ſubrotunda, primum albida, dein cærulea & tandem atra evadit, 5-locularis, ſucco atrocæruleo.

Incolit montoſa Jamaicæ, *&c.* *Vulgaris.* ♄

MELASTOMA *diſcolor*, foliis 5-nerviis ſubintegris oblongis acuminatis glabris,

 ſubtus

ſubtus flavo-incanis; racemis cymoſis, floribus octandris.

M. diſcolor. S. V. l. c. n. 12.

Deſcriptio Ill. Jacquini *optima.*

MELASTOMA *fragilis.* Linn. ſuppl. 236. S. V. l. c. n. 5.

Obs. Synonymon *Sloanei (h. 2. t. 196. f. 1.)* huc relatum, M. *argenteæ* eſt *Prodr. p. 70.* (vid. ſupr. obſ. in *M. Acinodendron.*)

RHODODENDRON. S. V. 405.

RHODODENDRON *Dauricum.* S. pl. R. 2. 290. 2.

Obs. Tolle *Ledum grœnlandicum Oed. dan. t. 567.*, quod ſpecies eſt *Ledi*, ab hoc genere diſtincta planta.

RHODORA.

Observatio.

Genus in Syſtemate Vegetabilium excluſum, eſt reſtituendum. Affine *Rhododendro*; differt præcipue:

Corolla *tripetala irregulari.*

SAMYDA. S. V. 409.

SAMYDA *parviflora.* S. pl. R. 2. 301. 1.

Obs.

OBS. *Caſearia decandra* JACQ. non hæc ſed diſtincta ſpecies.

DESCR. *Frutex.*

Caulis ramoſus, lævis, *ramis* laxis, teretibus, inermibus.

Folia petiolata, alterna, ovata, acuminata, leviter ſerrata, utrinque glabra, ſubdiſtiche patentia.

Petioli breviuſculi.

Flores axillares, breviſſime pedunculati, confertiſſimi, minuti, albidi.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* oblonga, plana, patentia, colorata, decidua.

Cor. nulla. *Nectarium:* Foliola receptaculo inferta, oblonga, obtuſa, erecta, hirſuta, cum ſtaminibus alternantia, illiſque breviora.

Filamenta 10. ſubulata, erecta. *Antheræ* incumbentes, oblongæ.

Germen ſubrotund m. *Stylus* brevis. *Stigma* globoſum, pubeſcens.

Capſula minuta, ſubrotunda, 3-valvis.

Semina plura, baccata, pulpa crocea veſtita.

Incolit ſepes montium Indiæ occidentalis, vulgaris.

OBS. *Caſearia* JACQ. differt *foliis parvis ſerratis; floribus lateralibus nec axillaribus, pedunculis longioribus, corollis majoribus.*

SAMYDA *ſpinoſa.* S. V. l. c. n. 3.

OBS. Plantæ LINNÆI & JACQUINI eædem; ſed PLUMIERI (*ic. 147. f. 1.*) diverſa, & nova forte ſpecies.

SAMYDA *pubeſcens.* S. V. l. c. n. 4.

OBS. Obſcura, & ſynonyma *Sloanei* & *Brownei* excludenda.

BUCIDA. S. V. 409.

BUCIDA *Buceras.*

DESCR. *Arbor: Truncus* 20-30 pedalis, *ramis* ramulisque divaricatis l. flexuoſis, teretiuſculis, lævibus.

Folia ad divaricationes ramulorum conferta, petiolata, obovata, integra, nervoſa, venoſa, glabra, juniora, ſubtus incana.

Racemi ex axillis foliorum confertorum, ſimplices, foliis longiores, patentes, multiflori. *Pedunculi* teretes, longi, incani; *flores* flaveſcentes.

Apices ramulorum interdum in formam cornu 2-3-pollicaris monſtroſe excreſcunt, unde nomen.

Cal. 1-phyllus, campanulatus, obſolete 5-dentatus, perſiſtens, extus incanus, interne tomentoſo-villoſus.

Cor. nulla. *Filamenta* 10. baſi calycis inſerta, capillaria, calyce duplo longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, luteæ.

Germen inferum, ovatum, depreſſum, baſi 10-ſtriatum. *Stylus* ſubulatus, baſi hirſutus. *Stigma* obtuſum.

Bacca ſicca, 1-locularis, calyce truncato coronata. *Semen* unicum, ovatum.

Habitat in argilloſis maritimis Indiæ occidentalis. *Floret vere.*

MALPIGHIA. S. V. 426.

MALPIGHIA *nitida.* S. V. 426. n. 3.

M. humilis & minus diviſa, foliis ovatis nitidis, baccis durioribus. Brown. jam. 230. 4.

DESCR.

Descr. *Frutex* orgyialis; *caule* erecto, ramoſo, tereti, lævi; *ramis* decuſſatis, erectis, teretibus, *cortice* nitente.

Folia petiolata, decuſſato-oppoſita, oblonga, apice obtuſa, integra, margine convexo, nervoſa, venoſa, conſiſtentia, pallide viridia, nitida. *Petioli* breves.

Racemi axillares, foliis breviores, multiflori: *floribus* pedunculatis, magnitudine M. glabræ, flavis.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* minuta, conniventia.

Glandulæ duæ, ovatæ, gibbæ, foliolis calycinis externe adnatæ.

Petala 5, unguiculata, reniformia, ſubrotunda, *limbo* plicato, ciliato, concavo. *Ungues* petalorum dimidia longitudine.

Filamenta 10. ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* cordatæ, albæ, 2-valves.

Germen ſubrotundum, minimum. *Styli* 3. ſubulati, contigui. *Stigmata* obtuſa.

Bacca globoſa, ſubrotunda, 3-lobata, 3-ſperma, rubro-ſanguinea.

Semina oblongo-angulata, oſſea.

Incolit loca aprica cretacea Jamaicæ. ♄ *Florens æſtate.*

MALPIGHIA *urens.* S. V. l. c. n. 4.

M. viminea, foliis oblongis hiſpidis, racemis alaribus. Brown. jam. 229. 1.

MALPIGHIA *craſſifolia.* S. V. l. c. n. 6. S. pl. R. 2. p. 370.

Obs. Exclude ſynon. *Brown. jam. 230. 6.* quod eſt *M. coriaceæ.* (*Prodr. p. 74.*) Adde:

M. arborea, foliis ſubrotundis inferne ſublanuginoſis, ſpicis craſſis compoſitis terminalibus. Brown. jam. 231. 7.

M. craſſifolia. Aubl. guian. 457. t. 182.

MALPIGHIA *verbaſcifolia.* S. pl. R. 2. 371. 7.

M. verbaſcifolia. Aubl. guian. 460. t. 184.

Obs. Exclude ſynon. *Sloanei*, pro *Tino occidentali* (vid. ſupra) antea citatum. Figura ad Clethram *Tinifoliam* pertinet, *(Prodr. p. 74.)* deſcriptio forte ad *M. craſſifoliam.*

BANISTERIA. S. V. 426.

BANISTERIA *laurifolia.* S. V. l. c. n. 3.

Descr. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, ramoſus; *ramis* laxis, reflexis, divergentibus, ſubteretibus, ſcabroſis.

Folia petiolata, oppoſita, ovato-lanceolata, acuta, integra, coriaceo-membranacea, nervoſa, glabra.

Racemi paniculati, terminales, ramis ramulisque decuſſato-oppoſitis, ferrugineo-tomentoſis, pedunculis plerumque unifloris, ferrugineis, brevibus, luteis.

Foliola ad baſin pedunculorum duo, oppoſita, minuta, tomentoſa.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* ovato-lanceolata, acuminata, *glandulis* duabus rotundis, depreſſis, viridibus, baſi adnatis.

Petala 5, unguiculata, ſpathulata, limbo fimbriato, patulo.

Filamenta 10, brevia. *Antheræ* ellipticæ.

Ger-

Germen 3-gonum, apice 3-fidum. *Styli* 3 ſubulati, breves. *Stigmata* obtuſa, dilatata, quaſi dimidiata!

Capſulæ 3, una plerumqne abortiente, alatæ. *Alæ* longæ, capſnlis 3-4 longiores.

Incolit fruticeta montium Jamaicæ & Hiſpaniolæ. ♄

TRIOPTERIS. S. V. 427.

Obs. A *Baniſteria* optime diſtinguitur Capſulis 3-f. 4dri-alatis.

TRIOPTERIS *jamaicenſis*, foliis oblongis acuminatis venoſis nitidis, racemis compoſitis terminalibus laxis; capſulis 3-alatis.

Triopteris jamaicenſis. S. pl. R. 2. p. 374.

Baniſteria capſ. trialatis, fol. ovato-acuminatis, racemis terminalibus. Brown. jam. 231. 3.

Obs. Tolle ſynonym. *Plumieri* (ic. 9. t. 16.) quod eſt *T. citrifoliæ*. *Prodr. p. 75.*

Descr. *Frutex* ſcandens, volubilis, ramis patentibus, divergentibus, laxis, teretibus, glabris.

Folia petiolata, oppoſita, lanceolato-ovata, l. ovata acumine longiori, integerrima, pulchre venoſa, ſaturate viridia. *Petioli* breviuſculi.

Racemi compoſiti, terminales, rarius axillares, paniculanum inſtar patentes, *ramis* oppoſitis, ſubdiviſis, laxis; *floribus* breviter pedunculatis, unifloris, ſparſis, pallide cæruleis, parvis.

Cal. 5-partitus: *laciniis* baſi glandulis adnatis.

Petala unguiculata, parva, undulato-ciliata.

Filamenta 10. *Styli* 3. filiformes, breves. *Stigmata* obtuſa.

M 4 *Capſu-*

Capſulæ 3. ſeparabiles, 3-alatæ, præter alam mediam; monoſpermæ.

Incolit ſepes Jamaicæ & Hiſpaniolæ. ♄

HIRÆA. S. V. 427.

Observatio.

Genus a Linneo vix viſum; charactere eſſentiali in Syſt. veg. ab illo valde diverſo, quem olim dedit Ill. Jacquin *(amer. p. 137.)*, Triopteridi ſimillimum genus. Capſulis *3. bialatis, nec* Capſula *3-locularis alis tribus.* Ulterius inveſtigandum.

ERYTHROXYLON. S. V. 427.

ERYTHROXYLON *areolatum*, foliis obovatis, floribus lateralibus.

Descr. *Caulis* fruticoſus, ramoſus, lævis.

Rami longi, patentes, ſcabriuſculi.

Folia petiolata, alterna, obovata, baſi anguſtiora, integra, tenuiora, venoſa, ſubtus ſubglauca, lineolis duabus parallelis, ad latera nervi medii; decidua.

Flores in ramis alternatim faſciculati, breviter pedunculati, parvi, albi.

Cal. tubulatus, 5-fidus; *laciniis* ovatis, acutis.

Petala 5. unguiculata, margine laciniarum calycis inſerta, patentia, oblonga, convexa, integra.

Squamulæ nectariferæ ad baſin petalorum, in fauce ſitæ, ſtamina cingentes, margine undulatæ.

Filamenta 10. ſub floreſcentia ſupra medium connata, dein profundius ſecta, ſubulata, alba. *Antheræ* ovatæ, minutæ, luteæ.

Ger-

Google

Germen ſubrotundum. *Styli* 3. patentiores, ſubulati. *Stigmata* capitato-peltata.

Drupa oblonga (Berberidis fructui ſimilis) acuminata, coccinea, 1-ſperma.

Nucleus oblongus, attenuatus, durus, longitudinaliter in medio cotyledonem continens.

Habitat in fruticetis ſiccis Indiæ occidentalis. ♄

Floret Februario, ante explicationem foliorum terminalium. Fructus maturi menſe Majo.

ERYTHROXYLON *havanenſe*, foliis ellipticis, floribus axillaribus.

E. havanenſe. S. pl. R. 2. p. 374. 2.

SURIANA. S. V. 431.

SURIANA *maritima.* S. pl. R. 2. 387.

DESCR. *Caulis* fruticoſus, orgyialis, inermis, ramoſus. *Rami* erecti, ſubdiviſi, teretes, ſcabroſi, cicatricati ex foliis deciduis, glauci, pubeſcentes.

Folia petiolata, conferta, verſus apices ramulorum faſciculata, erecta, cuneata, obtuſiuſcula, brevia, enervia, avenia, craſſiuſcula, villoſo-pubeſcentia, pallide viridia. *Petioli* breviſſimi.

Pedunculi terminales & axillares, foliis breviores, 3-5-flori. *Flores* minores, lutei.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* lanceolata, baſi latiora, erecta, perſiſtentia.

Petala 5. unguiculata, oblonga, obtuſa, integra, patentia, longitudine foliorum calycis, decidua.

Filamenta 5-10, erecta, longitudine petalorum, filiformia, decidua. *Rudimenta* minutiſſima aliorum 5, ad baſin vix conſpicua. *Antheræ* erectæ, ovatæ, flavæ.

Germina 5. 3-gona, baſi attenuata, ſuperne rotundata, glaberrima, nitida. *Styli* lateribus interioribus germinum inſerti, filiformes, erecti, vix apice craſſiores. *Stigmata* obtuſa.

Capſulæ 5, monoſpermæ, figura germinum, l. cruſta ſeminum.

Semina (non nuda) ſubrotunda, ſolitaria, nigra.

Incolit littora arenoſa Indiæ occidentalis. ♄

Obs. Numerus ſtaminum ſemper mihi *quinarius;* Jacquino inconſtans; in ſpeciminibus vero ex *nova Caledonia*, flores aliquot *decandros* obſervavi.

OXALIS. S. V. 432.

OXALIS *ſtricta.* S. pl. R. 2. p. 393. 14.

O. caule erecto ramoſo, pedunculis multifloris. Brown. jam. 231. 1.

Trifolium acetoſum corniculatum luteum. Sloan. cat. 90.

Obs. Variat *caule debili* & *ſtrictiori*, *erecto* & *declinato*, ut vix niſi varietas *O. corniculatæ.*

PHYTOLACCA. S. V. 438.

PHYTOLACCA *octandra.* S. V. l. c. n. 1.

P. erecta, ſimplex aut vix diviſa, foliis integris, ſuſtentaculis ſpicarum rotundatis. Brown. jam. 232. 1.

PHYTOLACCA *decandra.* S. V. l. c. n. 2.

P. aſſur-

P. aſſurgens ramoſa, ſpicis florum longiſſimis, ſuſtentaculis trigonis. Brown. l. c. n. 2.

BOCCONIA. S. V. 441.

BOCCONIA *fruteſcens.* S. V. 441.

DESCR. *Arbuſcula.*

Caulis diffuſus, ramoſus, lævis; *trunco* cavo, ſubſtantia molliori, cortice læſo l. ramis fractis liquorem ſubrubrum effundentibus.

Rami fragiles, inæquales.

Folia majora, ſæpe pedalia, petiolata, oblonga, ſinuato-laciniata, ſubſerrata, glabra, inferne cinereo-tomentoſa. *Petioli* teretiuſculi, pubeſcentes.

Racemi terminales, paniculati, pedales, diffuſi, nutantes. *Pedunculi* uniflori.

Bracteæ ſub floribus, parvæ, lanceolatæ.

Cal. diphyllus. *Folicla* oblonga, obtuſa, concava, caduca.

Cor. nulla. *Filamenta* 10, rarius plura, *foliolis* calycis longiora, dependentia, laxa. *Antheræ* filamentis longiores, lineares, luteæ.

Germen ovatum, pedicellatum, compreſſum, utrinque attenuatum, magnum, glaucum. *Stylus* ſemibifidus, teres. *Stigmata* reflexa, ſimplicia.

Pericarpium ſubovatum, utrinque acuminatum, ſubcompreſſum, bivalve, 1-ſpermum.

Semen ovatum, baſi pulpa obvolutum.

Incolit ruderata umbroſa Indiæ occidentalis.

RHI-

RHIZOPHORA. S. V. 442.

RHIZOPHORA *Caſeolaris.* S. V. l. c. n. 6.

Obs. Excludatur. Eadem ac Sonneratia *acida. l. c. 464.*

BLAKEA. S. V. 442.

BLAKEA *trinervia.*

Descr. *Caulis* arboreſcens, junior ſcandens, truncis ſuffultus, ramoſus.

Rami longiſſimi, reclinati, divergentes.

Folia petiolata, oppoſita, oblongo-ovata, integerrima. ſtriata, trinervia, coriacea, nitentia, rarius pubera. *Nervi* ſubtus protuberantes, nigri.

Flores terminales, pedunculati, ſubſolitarii, purpurei.

Cal. duplex. *Inferus*, ſive fructus, hexaphyllus: *Foliolis* ovalibus, concavis, petalis brevioribus: 2 interioribus oppoſitis, paullo minoribus; — *ſuperus*, l. floris, integerrimus, 6-angularis, membranaceus, coloratus.

Petala 6, ovata, baſi anguſtiora, æqualia, erecta, coriacea, coccinea, decidua.

Filamenta 12, brevia, linearia, margine exteriori receptaculi intra petala inſerta. *Antheræ* 3-angulares, ſubtus exaratæ, depreſſæ, in annulum concatenatæ.

Germen inferum, obovatum, margine calycis coronatum. *Stylus* ſubulatus, craſſus. *Stigma obtuſum.*

Capſula 6-locularis, ſubrotundo-ovata.

Semi-

Semina plurima.
Habitat in ſubmontoſis Jamaicæ.

BLAKEA *triplinervia.*

Obs. Habitus Generis, ſed fructus alienus.

CANELLA. S. V. 443.

Character eſſentialis correctus.

Cal. 3-lobus. *Cor.* 5-petala. *Antherae* 21. adnatæ nectario urceolato. *Bacca* trilocularis, 2-4-ſperma.

Char. naturalis emendatus.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, 3-lobum; *lobis* ad baſin fere diviſis, ſubrotundis, concavis, incumbentibus.

Cor. *Petala* 5, calyce longiora, oblonga, ſeſſilia, concava, duo paullo anguſtiora.

Nectarium urceolatum, conico-truncatum, longitudine corollæ, antheriferum.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* 21. lineares, parallelæ, diſtinctæ, longitudinaliter nectario extus adnatæ, 1-loculares.

Pist. *Germen* ſuperum, intra nectarium, ovatum. *Stylus* cylindricus, longitudine nectarii. *Stigmata* 2-3, obtuſa, convexa, rugoſa.

Per.

PER. *Bacca* oblonga, 3-locularis, 2-4-ſperma: *loculis* duobus evaneſcentibus.

SEM. ſubrotundo-reniformia, nauco fragili-nitenti nigro tecta.

CANELLA *alba.* S. V. p. 443.

Winterana Canella. LINN.

Pſeudo-Caſſia cinnamomea americana. Bauh. pin. 409.

Canella Peruana. ibid. 461. Parkinſ. Theat. 1581.

Canella Cubane. Jonſt. dend. 165.

Lignum ſ. potius cortex aromaticus. Monard. 334. Laet. 24.

Cort. Winteranus. Lemery. Pomet.

Canella alba. Brown. jam. tab. 27. f. 1-3.

DESCR. *Arbor.*

Truncus erectiſſimus, 10-50-pedalis, cortice cineraſcente.

Rami erecti, nec patuli.

Folia petiolata, alterna, ſparſa, oblonga, acuta, integra, conſiſtentia, laurea, nitida, atroviridia.

Petioli mediocres, teretiuſculi.

Flores terminales, ſubcorymboſi, *pedunculis* ſubdiviſis.

Corollæ violaceæ, ſubclauſæ, odoratiſſimæ, odore fere Moſchi.

Baccæ initio virides, dein cæruleæ, tandem atræ, nitidæ, odore & ſapore aromatico.

Fructus maturus ſemper unilocularis, licet in embryone 3-locularis videtur.

Folia odorem lauri ſpirant.

Cor-

Cortex ſuccedaneum corticis Winteri, *apud Nigros uſum præbet* Cinnamomi, *aliorumque aromatum.*

Incolit ſylvas interiores Indiæ occidentalis.

Floret primo vere.

CRATÆVA. S. V. 444.

CRATÆVA *gynandra.* S. V. l. c. n. 1.

Anona trifolia, flore ſtamineo, fructu ſphærico ferrugineo ſcabro minori, allii odore. Sloan. cat. 206. h. 2. 170. Raj. h. 3. 78.

Descr. *Arbor.*

Truncus 12 pedum & ultra, inermis.

Rami patentes, teretes, inæquales, ſcabri, punctati, juniores herbacei, virides, glaberrimi.

Folia petiolata, alterna, præſertim verſus apices ramulorum, ternata.

Petioli foliis longiores, teretes, glabri, virides.

Foliola petiolata, ovata, acuta, integra, nervoſa, venoſa, glaberrima, tenuia, ſaturate viridia.

Racemus terminalis, erectus, ſtrictus, multiflorus. *Flores* pedunculati, numeroſi, majuſculi, purpuraſcentes: *pedunculis* 1-2-pollicaribus, teretibus, glabris, ebracteatis.

Cal. cyathiformis, 4-gonus, margine rotundato-carnoſo inæquali. *Foliola* 4, margine inſerta, oppoſita, ovata, acuta, patula, decidua.

Cor. Petala 2. (rarius 4,) unguiculata, ad latera folioli calycis ſuperioris, adſcendentia, erecta, ovato-lanceolata, integra, albida.

Filamenta 20-24. receptaculo columnari inſerta, patula, petalis longiora, declinata, filiformia, viri-

viridi-purpurea. *Antheræ* erectæ, lineares, paullo curvæ, 2-valves, atropurpureæ. *Pollen* luteum.

Germen pedicellatum, ſubrotundum, parvum. *Stylus* nullus. *Stigma* ſeſſile, ſubcapitatum, fuſcum.

Pericarpium ovatum, baccatum, 2-loculare, polyſpermum.

Habitat in aridis fruticetis verſus mare in Jamaica. *Floret Majo & Junio.*

Obs. Pedicellus germinis initio breviſſimus, tandem longitudine ſtaminum.

In aliquot floribus piſtillum omnino deeſt; ideoque *polygama.* Sapor plantæ urens. Odor nauſeoſus.

Cleomæ proxima, ut, niſi fructu viſo, vix diſtinguatur.

TRIUMFETTA. S. V. 444.

TRIUMFETTA *Bartbramia.* S. pl. R. 2. 420.

Obs. Excludi debet *T. rhomboidea. Jacq. am.* 147. *t.* 90. Diſtincta ab illa *foliis magnis oblongis angulatis plerumque rhomboideis*; floribus & *fructu paucioribus.* vid. *T. rhombeæfolia. Prodr.* p. 76.

HUDSONIA. S. V. 445.

HUDSONIA *ericoides.*

Hudſonia ericoides. Berg. Act. Holm. 1778. T. II.

LY-

LYTHRUM. S. V. 446.

LYTHRUM *Parſonſia.* S. V. l. c. n. 7.

Descr. *Radices* filiformes.

Caulis herbaceus, proſtratus, l. repens, ramoſus, teres; *ramis* ſimplicibus, alternis, filiformibus, patulis, ſubilexuoſis, teretibus, pubeſcentibus.

Folia petiolata, oppoſita, parva, oblonga, acuta, integerrima, utrinque glabra, nervoſa. *Petioli* breſſimi. *Stipulæ* nullæ.

Flores axillares, præſertim terminales, ſolitarii, ſubſeſſiles, parvi, pallide rubri.

Cal. cylindraceus, baſi ventriculoſus, obliquus, ſtriatus, glaber, ore 6-10-dentato.

Petala 6, unguiculata, intra dentes calycis inſerta, oblonga, obtuſa, patentia, undulata.

Filamenta 6. duo paullo longiora, ſubulata. *Antheræ* erectæ, albidæ.

Germen oblongum. *Stylus* ſubulatus, ſubdeclinatus. *Stigma* ſubrotundum, leviter 2-fidum, pubeſcens, album.

Capſula tenuiſſima, oblonga, acuminata, 2-locularis, calyce antice longitudinaliter fiſſo, dehiſcens.

Semina 4-6, pedicello receptaculo medio adfixa, ſubrotunda, fuſca.

In aridis Jamaicæ & Hiſpaniolæ *vulgaris.* ♃. *Floret toto anno.*

LYTHRUM *Melanium.* S. V. 446. n. 8.

Descr. *Caulis* fere pedalis, ſubdiviſus, proſtratus, adſcendens, teretiuſculus, ſcaber.

Folia petiolata, oppoſita, majora, ovata, acuta, integerrima, nervoſa, ſcabriuſcula. *Petioli* mediocres.

Flores pedunculati, ſolitarii, axillares, alterni, fl. *Parſonſiæ* majores, purpurei.

Cal. tubuloſus, baſi dilatatus obliquus, ſtriatus, 6-10-dentatus.

Petala 6. unguiculata, ore calycis inſerta, ovata, obtuſa, decidua.

Filamenta 8-10 inæqualia, brevia, infra medium tubi inſerta. *Antheræ* cordatæ.

Germen oblongum. *Stylus* ſimplex, ſubulatus. *Stigma* acutum.

Capſula oblonga, tenuis.

Semina 4-6, pedicello adfixa, calyce rumpente emittuntur, ovata, compreſſa.

Incolit culta Jamaicæ *rarius.*

Obs. Ab aliis hujus generis, *floribus alterne ſitis,* diſtinguitur.

EUPHORBIA. S. V. 449.

EUPHORBIA *hypericifolia.* S. V. l. c. n. 16.

Descr. *Radix* ſimplex, longa.

Caules herbacei, diffuſi, ſubdiviſi, teretes, colorati, glabri.

Ramuli alterni, patentes, pubeſcentes.

Folia petiolata, oppoſita, baſi obliqua, ovata, obtuſa, ſubſerrata, venoſa, glaberrima, inferne glauca, interdum purpuraſcentia.

Stipulæ ſimplices, oppoſitæ, breviſſimæ, inter petiolos, obtuſæ.

Pedunculi axillares, alterni, erecti, dichotomi, foliis fere longiores, floribus confertis.

Cal. minutiſſimus, ventricoſus, quadridentatus.

Peta-

Petala 4. gibba, convexa, turbinata, craſſa, margini calycis inſerta, perſiſtentia, viridia.

Filamenta 2-3 corolla longiora, (nec plura diverſo tempore erumpentia,) rudimentis aliorum ad baſin. *Antheræ* geminatæ, (*quaſi filamenta bifida*) luteæ.

Germen pedicellatum, 3-quetrum, ſubrotundum, glabrum. *Styli* 3, 2-fidi. *Stigmata* obtuſa.

Capſula pedicellata, 3-cocca, ſubrotunda, 3-locularis.

Semina ſubrotunda, ſolitaria.

Habitat in cultis Indiæ occidentalis. ⊙

EUPHORBIA *maculata.* S. pl. R. 2. 440. 17.

Obs. Exclude ſynonym. *Brown.* 236. quod eſt *E. Chamæſyces.*

EUPHORBIA *hirta.* S. pl. R. 2. l. c. 18.

Descr. *Caulis* herbaceus, ſubdiviſus, declinatus, 3-pollicaris ad pedalem, teres, hirſutus.

Folia breviſſime petiolata, oppoſita, parva ovata, acuminata, baſi obliqua, ſerrata, nervoſa, hirta, inferne pallidiora, rubro-maculata.

Stipulæ geminæ, oppoſitæ, ſubulatæ.

Pedunculi axillares, oppoſiti, breviſſimi, foliis multo breviores: *floribus* confertis, pedicellatis, minutis.

Cal. ventricoſus, rubro-ſanguineus, 4-dentatus. *Petala* 4, turbinata, truncata, craſſa, in margine calycis ſeſſilia, perſiſtentia, ſanguinea.

Filamenta 4, nec plura, ſubulata, ex fundo-calycis, corolla longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ, albidæ, bivalves.

Germen pedicellatum, hirtum, 3-quetro-ſubrotundum. *Styli* 3, 2-fidi. *Stigmata* obtuſa.

Capſula ſubrotunda, 3-cocca, 3-loc. hirta.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

Habitat vulgaris in cultis Americæ calidioris. ⊙

EUPHORBIA *Chamæſyce.* S. pl. l. c. n. 24.

E. minima rufeſcens, foliolis ſubrotundis nitidis oppoſitis, ramulis floriferis foliatis ad alas alternas. Brown. jam. 236. 8.

Descr. *Caules* herbacei, 2-4-pollicares, ſubdiviſi, procumbentes, teretes, purpuraſcentes.

Ramuli dichotomi, breves, floriferi procumbentes.

Folia petiolata, oppoſita, parva, ſubrotunda, lente ſerrata, venoſa, punctata, utrinque glabra, viridi-purpuraſcentia, ſubtus glauca.

Flores minutiſſimi, axillares, conferti, ſubſeſſiles.

Cal. tubulatus, 4-dentatus. *Dentes* ciliati. *Cilia* albida.

Petala ſubrotunda, turbinato-depreſſa, ſanguinea inter dentes calycis inſerta.

Filamenta 2-3 (*nec plura*) minutiſſima, albida. *Antheræ* didymæ, nigræ.

Germen pedicellatum, deflexum, 3-gonum. *Styli* 3. ſanguinei. *Stigmata* obtuſa.

Capſula 3-cocca, 3-locularis. *Sem.* ſubrotundo-angulata, nigra.

Incolit vias & campos ſteriliſſimos Indiæ occidentalis.

EUPHORBIA *graminea?* S. V. 450. 27.

E. trichotoma, foliis ovatis verticilliter ternatis, faſciculis florum ſparſis. Brown. jam. 235. 3.

Descr.

Descr. *Caulis* ſuffruteſcens, 3-5-pedalis, ramoſus, erectus, lævis.

Rami ſubdiviſi, teretes, glabri.

Ramuli 3-chotomi, erecti, teretes, glabri.

Folia petiolata, oppoſita, ovata, ſubacuta, integra, venoſa, glabra, poſtice glauca.

Pedunculi dichotomi, axillares & terminales, breves, pauciflori.

Flores parvi, albidi.

Cal. ventriculoſus, teres: *limbo* 5-partito: *laciniis* ſubrotundis incumbentibus, margine crenatis.

Petala 5. laciniis calycis minora, ſeſſilia, turbinato-truncata, lutea.

Filamenta 8-10, receptaculo inſerta, filiformia. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.

Germen pedicellatum, 3-gonum. *Styli* 3, 2-fidi. *Stigmata* ſimplicia.

Capſula pedicellata, 3-gona, 3-locularis.

Semina ſolitaria, ſubrotunda.

Incolit fruticeta maritima Jamaicæ *ſolo calcareo.*

EUPHORBIA *myrtifolia.* S. V. l. c. n. 30.

Obs. Exclude ſyn. *Brown. jam. 235. 6.*

Descr. *Caulis* fruticoſus, 1-2-pedalis, ramoſiſſimus, erectus, teres, glaber.

Rami fere filiformes, longi, ſubdiviſi, ad petiolos incraſſati, glabri, rubri.

Folia petiolata, oppoſita, parva; *inferiora* orbiculata, *ſuperiora* obovata l. oblonga l. ſubrotunda, integra, glabra, inferne glauca, plana, patentia.

Petioli breviſſimi, rubri.

Flores minuti, pedunculati, ſolitarii, axillares, præſertim verſus apices ramulorum.

Pedunculi breviſſimi.

Cal. 1-phyllus, 4-5-dentatus, intus hirſutus.

Petala 4, craſſa, ſubrotunda, depreſſa, margini calycis inſerta, lutea.

Filamenta 2. minutiſſima. *Antheræ* didymæ, ubrotundæ, albidæ, majuſculæ.

Germen pedicellatum, deflexum, ſubrotundum, 3-gonum. *Styli* 3 reflexi. *Stigmata* ſimplicia, acuta.

Capſula 3-cocca, l. 3-gona, 3-locularis.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

Obs. Flores aliquot ſteriles: *Germine cylindraceo, ſtylo unico, longo, apice 3-fido.*

Incolit montes frigidiores Jamaicæ. ♄

TACCA. S. V. 455.

TACCA *pinnatifida.* —

Leontice *Leontopetaloides.* S. V. 14. p. 332. eadem planta.

CACTUS. S. V. 459.

CACTUS *Melocactus*, ſubrotundus 12-18-angularis, ſpinis erectis. S. V. l. c. n. 2.

Descr. *Planta* tota ½-pedalis l. ultra, capitis magnitudine & forma, angulis 12-18 longitudinalibus, obtuſiuſculis, ſpinoſis.

Spinæ longæ, unciales, ſubulatæ, faſciculatæ, patentes.

Flo-

Flores in ſummo vertice erumpunt, ſeſſiles, lana profunde ſetiſque circumvallati, numeroſi, ſanguinei.

Setæ ſpinoſæ, pollicares, erectæ, coccineæ.

Cal. nullus.

Cor. 1-petala. *Tubus* ventricoſus. *Limbus* duplex, multipartitus:

Exterior paullo brevior, *laciniis* linearibus erectis, pallide rubris.

Interior: laciniis patentioribus ſanguineis.

Filamenta plura, tubo medio inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ, luteæ.

Germen oblongum, inferum. *Stylus* craſſus, longitudine tubi. *Stigma* multifidum.

Fructus oblongus, coccineus, 1-loc. polyſpermus.

Incolit lapidoſas & petras aridiſſimas Indiæ occidentalis. ♃

CACTUS *peruvianus*, erectus longius 10-angularis, angulis obtuſiuſculis. S. V. I. c. n. 10.

Cereus craſſiſſimus, fructu utrinque rubro. Sloan. cat. 196.

Descr. Erectus, orgyialis l. duplo altior, ſubſimplex, craſſus, diametro 2-3-pollicari, 10-angularis, apice obtuſus.

Anguli ſemper 10, obtuſiuſculi, profundi, ſpinis obſiti.

Spinæ confertæ, (10-8,) ſubpollicares, patentes, interiores breviores: baſi tomentoſæ.

Anguli ad apices caudicum ſubinermes, ſpinis adhuc inter lanam occultatis, caudice ſuccreſcente ſenſim prodeuntibus.

Lana alba & fuſca.

Flores ſeſſiles, in ipſis angulis extremitatum, ſparſi; baſi ovati, 2-pollicares, elongati, rubicundi.

Cal. 1-phyllus, ſuperus, imbricatus, cylindraceus.

Squamæ ſubimbricatæ, ovatæ, acuminatæ, convexæ, adpreſſæ, rubræ: *laciniis* ſupremis ovato-lanceolatis acutis, margine membranaceis, purpuraſcentibus, glabris.

Cor. multiplex. *Petala* calycis longitudine, calyci adnata, lanceolata, acuta, pallide rubra.

Filamenta numeroſiſſima (*ultra millia*), infra dimidium floris, interne in lineis 32 longitudinalibus inſerta, longitudine corollæ, inferiora ſenſim breviora, filiformia. *Antheræ* oblongæ, obtuſæ, incumbentes, albidæ.

Germen ovatum, viride, ſquamis imbricatis, ſubſpinoſis, margine lanatis, tectum. *Stylus* teres, craſſus, erectus, apice 12-fidus. *Stigmata* obtuſa.

Bacca inermis, intus ſanguinea, 1-locularis, polyſperma, edulis.

Incolit aprica aridiſſima Jamaicæ auſtralis. ♃

Uſus pro ſepibus. Anglis Dildo.

CACTUS *flagelliformis.* S. V. 460. 13.

C. cylindraceus, ſulcatus, puſillus repens, aculeis ſetaceis conſertis. Brown. jam. 238. 7.

Opuntia minima ſerpens Americana. Sloan. c. 197.

Prope maritima occurrit ſuper arbores. Jam.

CACTUS *paraſiticus.* S. V. l. c. n. 14.

Obs. Species etiamnum obſcura, & ſynonyma *Brownei* (*jam.* 238. 11.) & *Plumieri* (*ic.* 197. *f.* 2.) diſtinctiſſima; quorum illud, ad *Cactum pendulum* (*prodr. p.* 77.) ſeu *Rhipſalin Caſſutham* Gærtneri pertinet.

CACTUS

CACTUS *Opuntia.* S. V. l. c. n. 17.

C. brachiatus & articulatus, articulis ovatis compreſſis, aculeis longiſſimis confertis. Brown. jam. 237. n. 2.

CACTUS *Cochenillifer.* S. V. l. c. n. 20.

C. brachiatus & articulatus, ſubinermis, major, articulis oblongis & leviter compreſſis. Brown. jam. 237. 4.

EUGENIA. S. V. 461.

Observatio.

A Myrto difficile hoc genus diſtinguitur, niſi habitu; *E. Jambos, malaccenſis, racemoſa* & *acutangula*, praecipue diſtinctae; *E. uniflora, Pſeudo-Pſidium* & *cotinifolia*, Myrtis propius accedunt.

MYRTUS. S. V. 461.

Char. eſſentialis correctior.

Cal. 4-5-fidus, ſuperus. *Cor.* 4-5-petala. *Bacca* 1-3-ſperma.

MYRTUS *braſiliana.* S. pl. R. 2. 477. 2.

Obs. Excludantur ſynonyma ſequentia: *Brownei*, quod alius eſt plantae, adhuc incertae.

Sloanei ad Petaloma *myrtilloides* (*Prodr.* 73.) referendum.

Commelini, quod ad novam ſpeciem *Pliniæ* pertinet, olim a beato SOLANDRO in *Braſilia* deſcriptam.

MYRTUS *Chytraculia* & *Syzygium*. S. V. l. c. n. 8. 9.

OBS. Sunt ſpecies novi generis, mihi CALYPTRANTHES, (*Prodr. 79.*) ab *Eugeniis* & *Myrtis* diſtinctiſſimi: *calyce truncato*, defectu *petalorum, eorumque loco* Operculo *calyptræ inſtar genitalia tegente*. Flores præterea & Folia, ſapore & odore congenerum omnino carent.

MYRTUS *Caryophyllata*, pedunculis trichotomis terminalibus, calycibus indiviſis; foliis obovatis (ovato-lanceolatis) impunctatis.

M. Caryophyllata. S. pl. R. 2. 480. 12. Flor. Zeyl. 183. Mat. med. 122.

OBS. Excludantur ſynonyma JACQUINI (*obſ. 2. p. 1. t. 25.*) & PLUKENETII (*alm. 188. t. 55. f. 3.*) ad *Myrtum* acrem amandanda. (*Prodr. p. 79.*)

M. caryophyllata in India orientali & Zeylona tantum provenit.

MYRTUS *Pimenta.* S. V. 462. n. 14.

OBS. *Polygama* eſt arbor, *floribus ſterilibus & fertilibus* ſimul prædita, l. *flores ſteriles ſ. piſtillis omnino deſtitutos* in diſtincta arbore gerens.

Calyx qui fructus dicitur, ſive inferus, in pluribus ſpeciebus adeſt, ſed pro charactere diſtincti generis minime ſufficit; potius vero vices bracteæ præbet.

Bacca

Bacca ſæpiſſime *monoſperma*, interdum *3-ſperma* mihi viſa eſt.

PUNICA. S. V. 462.

PUNICA *nana.*

P. fruticoſa humilior, ramulis gracilibus patentibus. Brown. jam. 239. 1.

PLINIA. S. V. 464.

Obs. Character generis male concinnatus: Pliniæ enim *croceæ* Fructus eſt *ſuperus*, (ſecundum char. *in S. V. 464. & Gen. pl. datum;*) *pedunculatæ inferus (Suppl. p. 253.)*. Si vero character ex forma *Drupæ ſulcatæ* ſumatur, *Eugenia uniflora* & forte *Myrtus braſiliana* (ob fructum ſulcatum) huc referri debent.

CHRYSOBALANUS. S. V. 464.

Charact. eſſentialis emendatus.

Cal. 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stylus* lateralis. *Drupae* nux 5-ſulcata.

Obs. Affinis Hirtellæ infloreſcentia, flore, & inſertione ſtyli.

Stylus ad baſin germinis latere inſeritur.

SONNERATIA. S. V. 464.

SONNERATIA *acida.*

Rhizophora caſeolaris. S. V. 442.

SESU-

SESUVIUM. S. V. 465.

SESUVIUM *Portulacaſtrum.*

Aizoon repens, foliis oblongis turgidis, floribus ſeſſilibus ſingularibus ad alas. Brown. jam. 241.

Descr. *Caules* herbacei, 4-5-pollicares, decumbentes, ſubdiviſi, teretes, ſucculenti.

Folia cuneiformia, breviſſime petiolata, oppoſita, obtuſa, carnoſa, craſſa, glabra, læte virentia. *Petioli* vaginantes, amplexicaules, marginibus membranaceis.

Pedunculi ſolitarii, axillares, foliis breviores.

Flores externe virides, interne candidi-ſanguinei.

Cal. 5-partitus, corollinus; *laciniæ* lanceolatæ, acutæ, extus virides, intus coloratæ.

Cor. nulla. *Stamina* numeroſa e baſi calycis. *Antheræ* ovatæ, minutæ, ſanguineæ.

Germen oblongum, acuminatum. *Styli* 3 rarius 4. filiformes, erecti. *Stigmata* ſimplicia.

Capſula ovata, 3-locularis, circumſciſſa, polyſperma. *Semina* plurima, nigra.

Habitat in maritimis inundatis Indiæ occidentalis. ♃

MESEMBRYANTHEMUM.
S. V. 468.

MESEMBRYANTHEMUM *cordifolium.* l. c. n. 13.

Gloxin obſ. bot. 22. t. 1. f. 1.

RU-

RUBUS. S. V. 475.

RUBUS *jamaicenſis*, foliis quinatis ternatisve, ſubtus tomentoſis, caule petiolis foliisque pubeſcentibus, recurvato-aculeatis, paniculis diffuſis.

R. aculeatus; foliis digitato-quinatis, ſerratis, ſubtus argenteis. Brown. jam. 342. 1.

Obs. Differt a *R. fruticoſo: foliis inciſo-ſerratis, coſtis aculeatis, paniculis terminalibus diffuſis, floribus & baccis parvis.*

MARCGRAFIA. S. V. 487.

Obs. Proprie non paraſitica eſt, ſed initio more quarumdam Filicum radicans, unde error *Sloanei*, plantam juniorem inter *Filices* (*hiſt. 1. 74. t. 28. f. 1.*) delineantis. Adultior caulis fruteſcens evadit, radiculis tamen arboris cujusdam trunco adhærens, ad cacumen ſæpe excurrit, & tandem in ramos plures ſubdiviſos, laxos, pendulos, dividitur, umbellis floriferis plerumque terminatis.

Folia plantæ junioris radicantis, ſubrotunda, ſubſeſſilia, leviter emarginata, margine integra, punctis glandulofis.

Folia ramorum diſticha, alterna, breviter petiolata, ovata, lanceolata, l. ovato-lanceolata, conſiſtentia, decidua, glabra.

Umbellæ nutantes; pedunculis ſimplicibus, plurimis, unifloris.

Glandulæ utriculares in centro umbellæ ſeſſiles, patulæ, oblongæ, ventricoſæ, galeæformes, deciduæ, coriaceæ.

Flores ut apud Linnæum & Jacquinum.

Figu-

Figura BROWNEI *optima.*
Incolit montes frigid. ſylvoſos Indiæ occidentalis. ♄

TERNSTROEMIA. S. V. 487.

Charact. eſſentialis correct.

Cal. monophyllus, 5-partitus. *Cor.* 1-petala, urceolato-globoſa. *Bacca* bilocularis, exſucca.

Locus: pone *Marcgrafiam.*

Cor. 1-petala, 5-partita, urceolata. *Cal.* 5-partitus. *Antherae* apice craſſæ. *Bacca* exſuccá, 2-locularis.

(Inter *Theam* & *Mentzeliam.*)

Charact. naturalis emendatus.

CAL. *Perianthium* monophyllum, 5-partitum. *Laciniæ* ſubrotundæ, perſiſtentes, coriaceæ: *duæ* exteriores minores.

COR. monopetala, urceolata. *Tubus* brevis. *Limbus* 5-partitus; *laciniæ* ovato-oblongæ, obtuſæ, baſi patentes, dein erectæ, apice convergentes, calyce paullo longiores.

STAM.

STAM. *Filamenta* numeroſa, receptaculo inſerta, breviſſima. *Antheræ* erectæ, lanceolatæ, acuminatæ, latere rumpentes, apice craſſo, ſubulato.

PIST. *Germen* ſuperum, ovatum, glabrum. *Stylus* ſubulatus, erectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* attenuatum, 2-3-fidum.

PER. *Bacca* ſicca, ovata, acuta, 2-locularis.

SEM. nonnulla, ſubovata, e receptaculo carnoſo dependentia.

OBS. Antheræ ejuſdem ſubſtantiæ cum filamentis, unde filamenta potius deſcribenda: ſubulata, corolla paullo breviora, antheris lateribus adnatis.

Ord. nat. XXXVII. b. Columniferæ *inter* STEWARTIAM & *Tiliam.*

TERNSTROEMIA *meridionalis,* foliis obovatis integris, pedunculis terminalibus. Prodr. p. 81.

Flores inferne albidi, ſuperne lutei.

Semina coccinea.

Habitat in Jamaica, Nevis, Dominica, Nova Granada. ♄

OBS. Hujus generis ſunt *Cleyera* THUNBERGII (*Flor. Japon.* cfr. *Kæmpf. amœn. l. c. fig.*) & *Taonabo dentata & ſerrata* AUBL. (*Prodr. 81.*) quarum fructus non Capſula *5-6-locularis,* ſed Bacca *5-6-ſperma.*

ALSTO-

ALSTONIA. S. V. 487.

Obs. Genus adhuc imperfecte determinatum, valde adfine l. ſpeciem eſſe *Symploci*, ſuſpicor. Flores, *Symploci octopetalæ (Prodr. 109.)* floribus haud abſimiles.

Calyx illius *(Alſtoniæ) imbricatus* eſſe dicitur; talis primo intuitu in *Symploco* videtur; nec non

Corolla 8-fida; *laciniis* alternis;

Stamina imbricata tubo inſerta, exteriora longiora. *Antheræ* orbiculares.

Germen ſuperum in Symploco male dicitur, quia ſupra fundum calycis prominet, matureſcens inferum evadit. *Stigma* capitatum.

Fructus Alstoniæ *ignotus.*

CAPPARIS. S. V. 487.

Obs. Species hujus generis reſpectu differentiæ fructus commode diſtinguuntur, in

*) C. *fructu baccato.*

Quæ ſunt: ſpinoſa, Zeylanica, grandis, horrida, ſepiaria, ferruginea, pulcherrima.

**) C. *fructu ſiliquoſo.*

Frondoſa, Baducca, Cynophallophora, linearis, Breynia, haſtata.

Prioribus conjungenda Morisonia, *C. ferrugineæ*, & *pulcherrimæ* proxima. (vid. obſ. in *Moriſoniam.)*

CAPPARIS *ferruginea.* S. V. l. c. n. 6.

Cratæva 3. Brown. jam. 247. t. 28. f. 1. bona.

Capparis octandra. Jacq. am. 160. t. 100. mala.

Descr.

Descr. *Arbuſcula* & *Frutex.*

Rami ſtriati, rufeſcentes.

Folia petiolata, oppoſita, ovato-lanceolata, integerrima, ſubtus lanuginoſo-cinerea, ſupra glabra.

Petioli rufeſcentes, breves.

Flores ſubcorymboſi, terminales, pedunculis 2-3-fidis. *Corollæ* albæ.

Cal. 4-fidus, baſi planus, perſiſtens. *Laciniæ* patentes, æquales, acutæ.

Petala 4 æqualia, concava, unguibus longitudine calycis, diviſuris inſerta.

Nectaria 4, ovata, intra petala & columnam piſtilli.

Filamenta 8, rarius plura, pedicello germinis adfixa, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, filamentis inſertæ.

Germen pedicellatum, ovatum; pedicellus teres, longitudine dimidia corollæ. *Stylus* nullus. *Stigma* ſeſſile, capitato-clavatum.

Bacca pedicellata, carnoſa, oblonga, 1-locularis.

Sem. pauca, (5-6.) oblonga.

Flores fragrantes. Sapor plantæ acris, ſubſalinus, Tetradynamarum, unde nomen Jamaicenſium Muſtard-ſhrub.

Incolit fruticeta littoribus maris proxima, Jamaicæ. ♄

CAPPARIS *Baducca.* S. V. 488. 7.

Obs. Exclud. ſynonymon *Plumieri (ic. 37. f. 2.)* & *Brownei (jam. 246. f. 2. t. 27.)* Figura hujus ad *Canellam albam* ſpectat.

CAPPARIS *Cynophallophora.* S. pl. R. 2. 565. n. 7.

Jacq. am. 158. t. 98. bona.

Obs. Exclude *hort. Cliff. p. 204*, quod ad *Breyniam* pertinet.

Deſcriptio Jacquini *(am. 158. 1.) optima.*

C. Cynophallophora. Sp. plant. ed. 1mæ, eſt *C. Breynia.*

CAPPARIS *Breynia.* S. V. 488. 11. Sp. plant. ed. 2.

C. Cynophallophora. Hort. Cliff. 204. Sp. pl. ed. 1. p. 503.

Descr. *Arbuſcula.*

Truncus erectus, glaber. *Rami* flexuoſi, cicatricati, e foliis deciduis; *ramulis* anguloſis, pubeſcentibus.

Folia alterna, ſparſa, petiolata, oblonga, acuminata, perſiſtentia, enervia, ſuperne glabra, nitida, ſubtus incano-ferruginea l. cineraſcentia, punctis ferrugineis minutiſſimis tecta. *Petioli* anguloſi, incano-ferruginei.

Pedunculi terminales, ſubramoſi, ſubumbellati, compreſſi, lineati, ferruginei.

Flores majuſculi, albi.

Cal. 4-phyllus. *Foliola* coriacea, ovata, reflexa, convexa, interne alba, ſubtus ferruginea, ſcabriuſcula.

Petala 4. calyce duplo majora, integra, albo-purpurea, extus ferrugineo-maculata, decidua.

Glandulæ nectariferæ 4. parvæ, ovatæ, acutæ, compreſſæ, intra calycem & corollam perſiſtentes.

Filamenta numeroſa, longa, baſi circa germen concurrentia, ſubvilloſa, villo pallide rubro. *Antheræ* erectiuſculæ, acuminatæ, incurvæ, luteæ.

Germen elongatum, minutum, breviſſime pedicellatum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* incraſſatum, obtuſum, ferrugineum.

Legu-

Legumen longum, teres, ſubtoruloſum, 2-valve.

Semina plura, reniformia.

Habitat in ſiccis fruticetis, verſus mare, Jamaicæ. ♄

CAPPARIS *flexuoſa.* S. pl. R. 2. 566. 12.

Obs. Omnino excludenda, eſt enim *C. cynophallophora Linn. & Jacq.* Species olim ex ſpecimine imperfecto *C. cynophallophoræ* a Linnæo concinnata (*herb. Linn.*) primum ſub nomine *Moriſonæ flexuoſæ* (*Amœn. acad. 5. p. 398.*) deſcripta.

CAPPARIS *ſiliquoſa.* S. pl. R. 2. 566. 13.

Obs. Potius eliminetur. Specimen Linnæanum ſola videtur varietas *C. Breyniæ.* Synonymon *Brownei* (*jam. 247. 2.*) *C. toruloſæ* eſt. (*Prodr. p. 81.*)

Alterum *Plukenetii* (*phyt. 327. f. 6.*) *C. longifoliæ* addatur. (*Prodr. p. 81.*)

MUNTINGIA. S. V. 490.

MUNTINGIA *Calabura.*

Descr. *Frutex* & *arbuſcula.*

Caulis orgyialis & ultra, ramoſus, inermis.

Rami ſubdiviſi, ſimpliciuſculi, laxi, teretes, hirſuti.

Folia petiolata, alterna, plana, horizontali-patentia, obliqua, ovato-lanceolata, acuminata, inæqualiter ſerrata, nervoſa, ſupra viridia hirſuta, inferne incano-tomentoſa viſcoſa, ſuperiora magis obliqua.

Petioli breves, teretes, hirſuti.

O 2 *Sti-*

Stipulæ ſolitariæ, longitudine petiolorum, filiformes, hirſutæ antice ad baſin foliorum.

Hirſuties foliorum glandulofa.

Pedunculi 2-4, inter petiolos (*nec axillares,*) conferti, petiolo longiores, folio breviores, uniflori, teretes, villoſo-viſcoſi.

Flores majores, candidi.

Cal. 5-6-partitus, baſi concavus. *Laciniæ* lanceolatæ, acutæ, patulæ, longitudine petalorum, deciduæ, hirſutæ, viſcidæ.

Petala 5, 6. unguiculata, *ungue* breviſſimo, ſubrotunda, plicata, ſubpatula, calyci inſerta.

Filamenta 25-30, capillaria, germine breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ, luteæ.

Germen globoſum, glabrum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum, 5-6-gonum, 5-6-radiatum, perſiſtens, viride.

Bacca globoſa, umbilicata, 5-locularis.

Sem. ſubrotunda, minuta, numeroſa, nidulantia.

Incolit colles ſubalpinos calcareos Jamaicæ. *Floret vere.*

Obs. Figura Ill. Jacquini (*am. 166. t. 107.*) bona. Mallam Toddali *Rheed. non hujus.*

SLOANEA. S. V. 491.

Character eſſentialis emendatus.

Cal. 1-phyllus. *Pericarp.* echinatum, 3-6-loculare, 3-6-valve.

Apetali ante *Trewiam.*

Cor.

Cor. o. *Cal.* 1-phyllus. *Antherae* filamentis infra apicem adnatæ. *Capſula* echinata, 3-6-loc. 3-6-valvis. *Sem.* bina, arillo baccato.

Character naturalis.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, 5-9-fidum.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* numeroſiſſima, receptaculo carnoſo inſerta, longitudine calycis. *Antheræ* filamentis infra apicem adnatæ.

PIST. *Germen* ſubgloboſum, angulatum. *Stylus* conicus. *Stigma* ſimplex.

PER. *Capſula* ſubgloboſa, echinata, 3-6-locularis, 3-6-valvis, apice dehiſcens.

SEM. bina, terna, arillo carnoſo tecta, obtuſa.

SLOANEA *dentata*, foliis ovatis acutis, ſtipulis cordato-triangularibus ſerratis.

Sloanea dentata. Spec. pl. 1. 512. excluſ. ſynon. Marcgraf. & Raji.

Sloanea Plumieri. Aubl. guian. 536.

Sloanea amplis caſtaneæ foliis, fructu echinato. Plum. gen. 49. ic. 244.

OBS. Exclude ſynonyma:

Læfling. it. 311. Marcgrav. braſ. 123. t. 123. Raj. hiſt. 1643. quæ omnia diſtincti generis

 ſunt

ſunt l. Apeibæ, ejusque ſpeciei Tibourbou. *Aubl. guian. 538. t. 213. — Sw. Prodrom. p. 82.)* *Hort. Cliff.* & *Mill. dict. dubia.*

MAMMEA. S. V. 492.

Obs. Eſt Polygama, *floribus hermaphroditis & maſculis in diverſis arboribus.* Arbores *maſculæ minores;* hermaphroditæ *altiſſimæ.*

Flores & fructus fragantes.

Anglis amer. Mammé. *Gall.* Abricot-ſauvage.

OCHNA. S. V. 492.

Obs. Ochna *ſquarroſa* & *Jabotapita* charactere inter ſe valde diſtinctæ, quarum illa proprium genus eſt *Claſſis polyandriæ*, (*Ochna* Schreb. *Lacathe* Sol.) hæc vero ad *Decandriam monogyniam* referenda. (*Gomphia* Schreb. Gen. pl. 738.)

Charact. eſſentialis.

Flores 5-petali æquales.

(Inter *Quaſſiam* & *Thryallem.*)

Drupae 2-5 in receptaculo carnoſo inſertæ. *Antherae* ſubſeſſiles, per paria approximatæ.

Cal.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Antherae* ſubſeſſiles. *Drupae* receptaculo incraſſato ſubrotundo carnoſo inſertæ.

(Inter Quassiam & Fagoniam.)

Charact. naturalis.

Cal. *Perianthium* 5-phyllum. *Foliola* oblonga, acutiuſcula, patentia, colorata.

Cor. *Petala* 5. receptaculo inſerta, calyce paullo longiora apice, ſubrotunda, integra; patentia.

Stam. *Filamenta* fere nulla l. breviſſima 10. *Antheræ* ſubſeſſiles, ſubulatæ, per paria approximatæ, erectæ, apice poſtice perforatæ.

Pist. *Germen* ſuperum, 5-gonum, 5-partibile, receptaculo inſidens angulato. *Stylus* ſubulatus, angulatus. *Stigma* ſimplex acutum.

Per. *Receptaculum* carnoſum, ſubrotundum, magnum, cui inſertæ *drupæ* 5, plerumque pauciores, 1-ſpermæ.

Sem. *Nuces* ſolitariæ. *Nuclei* ovati.

Ord. nat. LII. Coadunatæ: inter Uvariam & Micheliam.

GRIAS. S. V. 492.

GRIAS *cauliflora.*

Descr. *Arbor* ſæpe 50-pedum.

Rami terminales, ſimplices, breves, l. nulli.

Folia brevius petiolata, pendula, longiſſima, 2-3-pedalia, baſi cuneata, oblongo-attenuata, integra, nervoſa, venoſa, rugoſa, glabra, confiſtentia.

Flores caulini, pedunculati.

Pedunculi breviſſimi, ſquamoſi, multiflori. *Pedicelli* breves, conferti, uniflori. *Corollæ* magnæ, albidæ.

Cal. 1-phyllus, coriaceus, parvus, 4-fidus, ſuperus. *Laciniæ* obtuſæ.

Cor. 4-petala. *Petala* coriacea, obtuſa, oblonga, concava.

Filamenta plurima, receptaculo quadrato inſerta, l. baſi 5tuplici ſerie connata, incurva, *exteriora* longiora, *interiora* breviſſima, filiformia. *Antheræ* minimæ, ſubrotundæ, reniformes.

Germen inferum, ovatum, intra calycem convexum. *Stylus* nullus. *Stigma* cruciatum, minutum, luteum, ſtaminibus incurvis reconditum.

Drupa ovata, 8-ſulcata, calyce coronata. *Nucleus* ſolitarius, oblongus.

Incolit uliginoſa ſubalpina Jamaicæ. ♄

Floret vere. Anglis Anchovis-pear-tree.

CALOPHYLLUM. S. V. 492.

CALOPHYLLUM *Calaba.* S. V. 492. 2.

Arbor altiſſima, foliis oblongis, nitidiſſimis, nervoſis. Brown. jam. 372. 20.

Mali perſicæ Mammeæ dictæ folio arbor. Sloan. cat. 180.

Jamaicenſ. Santa Maria Tree.

Arbor

Arbor polygama, ab Ill. JACQUINO *pulchre deſcripta*, (amer. p. 131.)

MYRISTICA. S. V. 493.

OBS. Character generis eſſentialis in *Syſt. veg.* 493. ex *Suppl. p.* 265. mutuatus, omnino eliminandus, ejusque in locum alter & verus ſubſtituendus eſt, ſecundum obſervationes plurium autoptorum, aliorumque.

Trium claſſium, Monœciæ, Diœciæ & Polygamiæ reductione facta, genus hocce quamvis Dioicum, *Monadelphiæ* ordinique *Triandriæ* inferendum eſt, licet numerus ſtaminum in *M. aromatica* inconſtans, in aliis vero ſpeciebus ſemper *triandrus*.

Char. eſſentialis.

Maſc. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Filamentum* columnare.

Fem. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Capſula* ſupera, drupacea, bivalvis. *Nux* macide obvoluta.

MYRISTICA *aromatica*, calycibus ovatis, apice 3-fidis, foliis ellipticis, ſubtus pubeſcentibus, fructibus lævibus.

M. officinalis. Linn. Mat. med. S. V. 493.

Nux moſchata fructu rotundo. Bauh. Pluk. alm. 265. t. 209. f. 1.

Nux myriſtica. Rumph. amb. 2. p. 14. t. 4.

Descr. *Arbor* magna; *ramis* erectis, cortice glabro, cinereo, interiore rubente.

Folia petiolata, alterna, elliptica, integerrima, nitida, ſubtus pallidiora, nervoſa.

Pedunculi axillares, 2-3-flori, ſolitarii. *Flos unus* tantum matureſcit.

♂. *Cal.* 1-phyllus, carnoſus, glaber, *limbo* 3-fido, laciniis ovatis, acutis, patulis, tubo brevioribus.

Cor. nulla. *Filamentum* unicum, cylindraceum, ſolidum, longitudine calycis. *Antheræ* plures (8-10-12) lineares, connatæ, circa dimidiam partem ſuperiorem filamenti longitudinaliter adnatæ.

♀. *Cal.* ut in mare, ſed minor.

Cor. nulla. *Germen* ovatum. *Stylus* breviſſimus, craſſus. *Stigma* 2-partitum.

Capſula drupacea, carnoſa, ſubrotunda, 1-locularis, 2-valvis.

Tegumentum (*Macis*) ſubcarnoſum, oleoſum, inter pericarpium & *nucem*, retis inſtar inordinate ſubdiviſum, fulvum.

Nux ſubrotunda, 1-locularis, tenuis; *nucleo* ſubrotundo, gyris variegato.

Folia aromatica. *Trunco* ramiſque læſis, liquorem glutinoſum rubentem ſcaturiunt.

Nomen Malaicum: Pela.

Incolit Indiam orientalem *& præcipue Inſul.* Bandam. *Lat. auſtr. 4. 30. Long. or. 128. 10.*

Obs. *Virola Sebifera. Aubl. guian. 904. t. 345.* perſcrutatis deſcriptionibus, figuris & ſpeciminibus, ſpecies Myristicæ judicanda eſt. *Prodr. p. 96.*

LAE-

LAETIA. S. V. 493.

LAETIA *apetala.* S. plant. R. 2. p. 585. 1.

Obs. Exclude ſynonymon *Brown. jam.* 249. quod ad Laetiam *Guidoniam.* (*Prodr. p. 83.*) pertinet.

Nec non *Amœn. acad. 5. p. 413.* ad Laetiam *Thamniam* (*Prodr. 83.*) referendum. Synonyma *Lœflingii* & *Jacquini* genuina.

LAETIA *completa.* S. pl. l. c. n. 2.

Obs. Synonymon *Brownei* (*jam. 245.*) huc allatum *L. Thamniæ* eſt.

CORCHORUS. S. V. 501.

CORCHORUS *ſiliquoſus.* S. V. l. c. n. 9.

Descr. *Planta* herbacea, fruticuli inſtar ramoſa. *Caulis* 1-2-pedalis, teres, lævis.

Rami alterni, erecti, pubeſcentes.

Folia petiolata, alterna, ovata, parva, nervoſa, glabra.

Foliola minora in axillis.

Stipulæ ſubulatæ, oppoſitæ.

Pedunculi foliis oppoſiti, pauciflori, folio breviores. *Flores* nutantes, parvi, lutei.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* lanceolata, acuta, decidua, colorata.

Petala 5, foliolis calycinis breviora, oblonga, obtuſa, patentia.

Filamenta numeroſa, capillaria. *Antheræ* parvæ, 2-valves, luteæ.

Ger-

Germen oblongum, compreſſum. *Stylus* craſſus, ſtaminibus longior. *Stigma* penicilliforme.

Siliqua uncialis, linearis, obtuſe 4-gona, compreſſa, 2-locularis, 2-valvis, apice 4-dentato.

Semina plurima, angulata, nigra.

Incolit campos & ruderata arida Indiæ occidentalis. ♃

Obs. Numerus ſtaminum ſæpe variat, l. paucior (6-10.) l. multiplex (20-30.)

Floret toto anno.

TETRACERA. S. V. 504.

TETRACERA *volubilis*. S. Pl. R. 2. 617.

Obs. Exclude ſynonymon *Brownei (jam. 255.)* & *Sloanei (jam. 184. h. 2. 2. 130. R. d. 43.)* quod eſt Terminaliæ *latifoliæ*. *Prodr. p. 68.*

Delima L. & Euryandra *Forſt. prodr. 41.* n. 228. hujus videntur ſpecies.

ANNONA. S. V. 508.

ANNONA *muricata*. S. V. 508. n. 1.

Descr. *Arbor* mediæ magnitudinis.

Truncus erectus, inermis; *ramis* ſtrictis, teretibus, lævibus, *cortice* fuſco-cineraſcente.

Folia petiolata, alterna, ſparſa, oblonga, acuminata, integra, nitida, conſiſtentia, rigidiuſcula. *Petioli* breves.

Pedunculi axillares, ſolitarii, craſſi, petiolis longiores, uniflori.

Flo-

Flores coriacei, flavi.

Cal. monophyllus, parvus, 3-angularis; *laciniis* concavis, acutis.

Cor. tripetala. *Petala* cordata, ſeſſilia, acuminata, craſſa, concava, coriacea, lævia, extus ſcabroſa, pallide viridia.

Nectarium 3-phyllum. *Foliola* cum petalis alterna, dimidio minora, ſubcordata, lævia, convexa, flava.

Filamenta vix ulla. *Antheræ* potius pedicellatæ, ſubclavatæ, numeroſiſſimæ, bivalves, albidæ, germini & receptaculo inſidentes.

Germen ſubrotundum, receptaculo inſidens. *Styli* breviſſimi, in formam conicam confertiſſimi. *Stigmata* obtuſa, obliqua, poſt efflореſcentiam hirſuta.

Bacca magna, difformis, cordato-oblonga, corticoſa, aculeis recurvis muricata, polyſperma, carnoſa.

Semina plurima, oblonga, nigra, *hilo* laterali diſcolori, in orbem poſita.

Incolit campos Jamaicæ & Hiſpaniolæ.

Fructus incolis gratus & frequenter eſus.

Sapor & odor fructus, florum, totiusque plantæ Ribis nigri ſimillimus.

Nomen vernaculum Angl. Sourſop.

Floret vere.

Obs. Varietas hujus Speciei in *Jamaica* mihi obvia: *Foliis* inodoris, *Floribus* majoribus, fulvis. *Fructibus* ſphæricis, mucronatis.

ANNONA *ſquamoſa.* S. V. 508. n. 2.

Descr. *Arbor* & *Frutex.*

Truncus lævis; *ramis* patentibus, teretibus.

Folia

Nectarium: Petala 3. corolla dimidio brevio-ra, anguſtiora, acuta, concava, extus albida, intus atro-ſanguinea.

Filamenta numeroſa, breviſſima, conferta, receptaculo ſub piſtillo adfixa. *Antheræ* oblongæ, angulatæ, obtuſæ, albæ.

Germina conferta in corpus convexum, viride. *Styli* vix ulli. *Stigmata* obtuſa, pallida.

Bacca cordiformis, magna, glaberrima, cortice coriaceo, pulpoſo.

Semina plurima, nidulantia &c.

Incolit depreſſa, paludoſa Jamaicæ. ♄

Vulgo Alligator appel, Corkwood.

Lignum leviſſimum, ſuberis inſtar.

Fructus non edulis.

UNONA. S. V. 509.

Obs. Species *Uvariæ* potius eſſe videtur. Notæ, quibus ab hac diſtinguitur, adeo inſufficientes ſunt, ut *Unona* conſervata, genera incongrue multiplicarentur. *Uvariæ* etiam dantur ſpecies, a quibus *Unona diſcreta* habitu non valde aliena eſt.

NEPETA. S. V. 529.

NEPETA *multifida.* S. V. c. l. n. 16. Suppl. 273.

Obs. Species diverſa a *Nepeta multifida. S. V. 13. 442. Gmel. ſib. 3. 242. t. 55.*

NEPE-

NEPETA *pectinata.* S. pl. R. 3. p. 35.

Obs. Deſcriptio l. c. data, bona.

Altitudine variat, ſuffruteſcens & herbacea.

Spicæ ſimplices l. multiplices.

Flores exalbidi, minuti.

Semina ſubrotunda, nigra, nitida.

Spicæ odoratiſſimæ, Marrubii *inſtar* albi.

Floret circa finem & initium anni, in locis aridis cretaceis. ♃

BALLOTA. S.V. 537.

BALLOTA *ſuaveolens.* S. V. l. c. n. 4.

Descr. *Caulis* erectus, inferne fruteſcens, ramoſus, hirſutus.

Rami erectiuſculi, villoſi.

Folia petiolata, oppoſita, ſubrotunda, interdum elliptica, crenata, nervoſa, villoſa.

Petioli longi, tenues, laxi.

Pedunculi axillares, verſus apices ramorum 3-5-flori.

Flores approximati, cærulei.

Cal. 1-phyllus, tubulatus, 5-dentatus, decemſtriatus, villoſus, viſcoſus: *dentes* ariſtæformes, erecti, ſubulati.

Cor. ringens. *Tubus* baſi anguſtior, a medio ad faucem dilatatus. *Limbus* 2-labiatus. *Labium ſuperius*: a duabus *laciniis lateralibus ſuperioribus* erectis & *galea*, continetur.

Galea laciniis minor, ovata, fornicata, deflexa, ſupra carinata.

Labium inferius: laciniæ duæ inferiores deflexæ.

P *Fila-*

Filamenta 4. ex infimo tubo, filiformia, *fauce* corollæ longiora; duo cæteris breviora, pubeſcentia. *Antheræ* nigreſcentes.

Germen ovatum. *Stylus* ſtam. brevior, ſubulatus. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Semina duo, nuda, ovata, nigra, ſubcompreſſa.

Obs. Rarius ſem. 4. l. rudimenta l. nulla.

Incolit ruderata & campos Indiæ occidentalis. ⊙

Tota planta odoratiſſima. Odor congenerum.

CLINOPODIUM. S. V. 541.

CLINOPODIUM *rugoſum.* S. pl. 3. 76. 3.

Obs. Excludantur ſynonyma *Plukenetii (alm. 335. t. 222. f. 1.) Sloanei (hiſt. 1. p. 774. t. 109. f. 2.)* & *Raji*, quæ ad Clinopodium capitatum (*Prodr. p. 88.*) pertinent.

Iſtæ duæ ſpecies a Linnæo *confuſæ. Illa ex* Carolina *capitulis radiatis; Hæc vero radio caret.*

SATUREJA. S. V. 528.

SATUREJA *viminea.* S. V. l. c. n. 8.

Descr. *Frutex* 2-12-pedalis.

Caulis erectus, ramoſiſſimus, laxus.

Rami 4-quetri, ſtricti, ſubdiviſi, longi, *ramulis* 4-gonis; ſtriatis, laxis, ſecundis, ferrugineo-pubeſcentibus.

Folia petiolata, oppoſita, approximata, parva, oblonga, cuneiformia, in aliis ovata, convexa, in aliis plana, nervoſa, ſcabriuſcula, ſubtus incana. *Petioli* breves. *Foliola* in axillis majorum.

Flo-

Flores ſubſeſſiles in apicibus ramulorum, terni, foliorum longitudine, albi.

Foliola aliquot linearia floribus ſubjecta: (*involucrum Linn.*)

Cal. 5-fidus, 10-ſtriatus, 5-gonus, hiſpidus, incanus. *Laciniæ* ſubæquales; 2 *ſuperiores* approximatæ, acutæ, lineares, erectæ.

Cor. ringens. *Tubus* calyce vix longior. *Limbus* 2-labiatus. *Lab. ſup. l. laciniæ duæ ſuperiores* breviores, erectæ, approximatæ, minus diviſæ, ovatæ. *Lab. inf. l. laciniæ tres inferiores* ſubæquales, 2. *laterales* ovatæ, 3tia intermedia ſubrotunda, concava, inflexa.

Filamenta 4, medio tubo villoſo inſerta; 2. tubo breviora. *Antheræ* diſtantes, ſubrotundæ, nigræ.

Germen ovatum. *Stylus* tubo longior, ſubulatus. *Stigma* ſimplex, acutum, inflexum.

Semina 4, fundo calycis incluſa.

Incolit montes frigidiores Jamaicæ.

Floret autumno.

Obs. Duæ varietates hujus plantæ occurrunt: Una frutex *minor*, *rigidior*, foliis *minoribus oblongis;* altera *Arbuſcula*, *12-15-pedum*, ramis *laxis*, foliis *rotundioribus.*

Tota planta odoratiſſima, etiam ſicca, odore gratiſſimo.

GESNERIA. S. V. 554.

GESNERIA *humilis.* Syſt. pl. R. 3. p. 124. 1.

Obs. Synon. *Sloanei* (*hiſt. 1. 162. t. 104. f. 2.*) huc allatum, ad *G. tomentoſum* referendum.

GESNERIA *acaulis.* S. V. l. c. n. 2.

DESCR. *Caulis initio* breviſſimus, ſimplex, perſiſtens, *adultior elongatus*, foliis prioribus, calycibusque emarcidis tectus. (hac ratione ſæpe pedalis.)

Folia breviſſime petiolata, terminalia, conferta, lanceolata, ſerrata, ſcabra, rugoſa.

Flores pedunculati, terminales, coccinei, in axillis foliorum conferti.

Pedunculi 3-flori, foliis breviores.

Cal. 5-partitus, ſuperus. *Laciniæ* lineares, longiſſimæ, virides.

Cor. tubuloſa, incurva & recurva, longa, ſubventricoſa; *limbo* coarctato, 5-crenato.

Filamenta 4. ſubæqualia, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, connexæ.

Germen ovatum, calyce veſtitum. *Stylus* ſimplex, corolla longior. *Stigma* obtuſum.

Capſula calyce tecta, 5-gona, ſulcata, 2-locularis.

Semina minima.

Habitat in cretaceis aridiſſimis Jamaicæ. ♃

GESNERIA *tomentoſa.* S. V. l. c. n. 3. S. Pl. R. 3. 125.

Digitalis folio oblongo ſerrato, ad foliorum alas florida. Sloan. jam. 60. h. 1. 162. t. 104. f. 2. Raj. ſuppl. 396.

Synon. Plumieri *potius ad* G. grandem (prodr. 89.) *pertinet.)*

DESCR. *Caulis* erectus, ſemiorgyialis, ſuffruteſcens, teres, rugoſus, hirſutus.

Folia verſus apicem caulis ſparſa, breviſſime petiolata, patentia, ovato-lanceolata, longa, acuminata, margine ſerrata, nervoſa, reticulato-venoſa, ſubviſcoſa, molliuſcula, tomentoſo-hirſuta, inferne incana.

Sti-

Stipulæ ſubrotundæ, margine revolutæ, crenatæ, tomentoſæ.

Pedunculi longiſſimi, foliorum fere longitudine, erecti, teretes, hirſuti, viſcoſi, apice ſubcorymboſi; *pedicellis* partialibus inæqualibus, ſubdiviſis.

Cal. ſuperus, 5-partitus.

Cor. inæqualis, ſubcampanulata; *baſi & ſub limbo* gibba, 5-fida.

Laciniæ duæ ſuperiores approximatæ, ut quaſi unica 2-fida, medio fornicata, punctis luteis & atropurpureis intus maculata; *Tres* laterales patentes, ovatæ, acutæ, infima ſubtus ventricoſa. *Tubus* interne maculoſus.

Filamenta 4. duo anteriora longiora, verſus piſtillum incurva. *Antheræ* convexæ.

Germen inferum. *Stylus* corolla longior. *Stigma* capitatum, transverſaliter ſemiſectum.

Capſula calyce coronata, 2-locularis, polyſperma.

Incolit loca proclivia, juxta rivos & ripas fluviorum Jamaicæ. ♃.

Obs. Capſulæ Gesneriarum apice medio dehiſcunt. Fructus verſus apicem transverſaliter ſciſſus, bilocularis apparet; ſi autem medio, tantum unilocularis, receptaculis duobus ſeminum ad latera valvularum.

CRANIOLARIA. S. V. 558.

Obs. Genus omnino excludendum, e duabus ſpeciebus concinnatum ad alia genera reducendis.

CRANIOLARIA *fruticoſa.* S. Pl. R. 3. p. 141.

Obs. *Habitus*, *infloreſcentia*, *flores & fructus*, ſpeciem Gesneriæ indigitant. Character enim genericus, quem dedit Linnæus, nullo modo convenit. Plumierus etiam de affinitate cum Geſneria convictus olim fuit. (*Gen. 27. t. 137.*)

Vid. Geſneriam Craniolariam. *Prodr. p. 89.*

CRANIOLARIA *annua*. S. pl. l. c. n. 2.

Jacq. amer. 173. t. 110.

Obs. A Martynia non ſeparanda, calyce ſpathæ haud abſimili tantum diſcrepans, corolla vero & fructu omnino ejusdem generis; ideoque dicenda:

MARTYNIA *Craniolaria*, caule ramoſo, foliis cordatis ſemiquinquelobis, fructu ovato.

M. Craniolaria. Gloxin obſ. bot. p. 14. n. 4.

MARTYNIA. S. V. 558.

Observationes.

Species hujus generis pulchre illuſtravit *Clar. B. P.* Gloxin *in obſervationibus Botanicis 1785. Argentorati* editis.

MARTYNIA *annua*. S. pl. R. 3. 142. 2.

Obs. Ex mente laudati Auctoris, potius *Proboſcidea* appellanda eſt; plures enim ſpecies annuæ occurrunt, & hocce nomen formæ capſulæ haud incongruum videtur.

M. Proboſcidea, *caule ramoſo, foliis cordato-ovatis integerrimis, capſulæ roſtro longiſſimo.* Gloxin. obſ. bot. p. 7.

M. an-

M. annua *villoſa ſ. Ceratocarpus. — Kretzſchmar. monogr. 1762.*

Exclude ſynonyma *Martyni* & *Ehreti*, quæ diſtinctæ ſpeciei ſunt l. MARTYNIÆ diandræ, *ramis dichotomis, foliis cordato-orbiculatis, dentatis, floribus diandris.* Gloxin. l. c. p. 14. tab. I. part. floris. Reliq. Houſt. p. 5. Tab. X.

BESLERIA. S. V. 559.

Charact. eſſentialis emendatus.

Cal. 5-partitus. *Cor.* ringens, 5-fida, *lacinia* infima majori. *Bacca* ſubgloboſa, polyſperma.

BESLERIA *lutea.* (Syſt. pl. R. 3. p. 144. 2.) pedunculis ſimplicibus confertis, foliis ovato-lanceolatis ſerratis.

B. pedunculis ſimplicibus confertis. Plum. am. t. 49. f. 1.

Eriphia foliis ovatis ſerratis oppoſitis, venis oblique arcuatis, floribus confertis ad alas. Brown. jam. 271.

DESCR. *Caulis* ſuffruteſcens, 3-4-pedalis, ſimplex, interdum ramoſus, lævis.

Folia petiolata, oppoſita, ovata, acuminata, nervoſa, ſerrata, glabra, parum rugoſa. *Nervi* obliqui, arcuati.

Petioli breves, ſtriati, læves.

Flores pedunculati, axillares, conferti, ſubnutantes, luteo-albi.

P 4 *Cal.*

Cal. 1-phyllus; 5-partitus, baſi ventricoſus, coloratus. *Laciniæ* erectæ, lanceolatæ, perſiſtentes, glabræ. Liquor copioſus limpidus in fundo calycis continetur.

Cor. ringens. *Tubus* longiuſculus, ſupra baſin gibbus. *Limbus* bilabiatus. *Labium* ſuperius incurvum, 2-partitum. *Lab. inferius* 3-partitum; *laciniis* ovatis, intermedia latiore.

Annulus nectariferus ad baſin germinis.

Faux patula.

Filamenta 4. cum rudimento 5ti, *quorum duo* longiora, *ſub lab.* ſup. recondita. *Antheræ* didymæ, in coronam agglutinatæ.

Germen ovatum; *Stylus* filiformis, longit. corollæ. *Stigma* 2-fidum, obtuſum.

Bacca globoſa, calyce disrupto inſidens, rubra, pulpoſa, 1-locularis, polyſperma.

Semina plurima, minutiſſima, receptaculo in fundo baccæ inſidentia.

Incolit fruticeta montoſa humida Jamaicæ. ♃

BESLERIA *criſtata.* S. Pl. l. c. n. 3.

Obs. Diverſa videtur a Besleria, & ſi excipias regularitatem corollæ, omnino eſt ſpecies *Columneæ*, cui aſſimilatur *herba*, *infloreſcentia*, *calyce* & *fructu*.

BIGNONIA. S. V. 563.

BIGNONIA *Catalpa.* S. pl. R. 3. 155. 1.

Obs. Synonyma duarum ſpecierum mixta; e quibus excluduntur *Jacquini (am. 25.) Brownei (jam. 264.)* & *Plumieri (Sp. 5. ic. 57.)* omnia ad Bignoniam *longiſſimam (prodr. p. 91.)* referenda.

BIGNO-

BIGNONIA *pentaphylla.* S. pl. l. c. n. 10.

Obs. Excludenda ſunt ſynonyma *Plumieri, Catesbæi, Brownei, Sloanei* & *Marcgravii.*

BIGNONIA *Leucoxylon.* l. c. n. 11.

B. pentaphylla arborea, flore ſubrubello. Brown. jam. 263. 1.

Nerio affinis arbor ſiliquoſa, fol. palmato ſ. digitato, flore albo. Sloan. jam. 154. t. 2. p. 62. Raj. dendr. 114.

Descr. *Arbor. Truncus* mediocris. *Rami* erecti, ſtricti.

Folia terminalia, digitata, 5-na, interdum 7-8-na, lato-lanceolata, acuta, integra, nervoſa, venoſa, glabra.

Flores ſolitarii, terminales, magni, roſei.

Cal. 2-labiatus, cyathiformis. *Labium ſup.* rotundatum, *inferius* 2-fidum; *dentibus* ovatis, acutis.

Cor. irregularis, fauce campanulata. *Tubus* anguſtatus, longior, inferne paullo ventricoſus. *Limbus* bilabiatus; *lab. ſuperius* brevius, 2-fidum, inferius majus, 3-fidum. *Laciniæ* omnes rotundatæ, undulatæ, villoſiuſculæ.

Filamenta 4. ad baſin corollæ, brevia. *Antheræ* verticales, nigræ.

Germen inferum, ovatum, depreſſum. *Stylus* ſtam. longior. *Stigma* dilatatum.

Siliqua longiſſima, pendula, tereti-linearis.

Incolit ripas fluviorum Jamaicæ. ♄

Floret ante frondeſcentiam, menſe Julio. Jamaicenſ. White wood Cedar.

P 5 CITHA-

CITHAREXYLON. S. V. 564.

CITHAREXYLON *cinereum*. S. V. l. c. n. 1.

C. teres. Jacq. amer. 185. t. 118.

Obs. Eſt arbor 15-20-pedalis, nec planta paraſitica ſcandens. *S. pl. R. 3. 160.*

Deſcriptio *Jacquini* optima.

CITHAREXYLON *caudatum*, ramis tereticuſculis, racemis nutantibus, calycibus truncatis. S. pl. R. 3. 160. 2.

Obs. Synonymon *Brownei (jam. 265. 5. fig. 2. tab. 28.)* ad *C. erectum* ſpectat; *(prodr. p. 91.)* foliis racemisque ſemper erectis a *C. caudato* diverſum.

CRESCENTIA. S. V. 564.

CRESCENTIA *Cujete*, foliis cuneato-lanceolatis conſertis.

C. arboreſcens; foliis confertis, obovato-oblongis, baſi anguſtioribus, fructu ſphærico maximo. Brown. jam. 265. 1. 266. 2. 3.

Arbor cucurbitifera americana, folio ſubrotundo. Sloan. G. 2. p. 172. potius huc quam ad C. cucurbitinam pertinet, licet *Sloane* ambas confundat.

Deſcriptio Jacquini *(am. 175.)* præſtantiſſima.

CRESCENTIA *cucurbitina*, foliis ovatis ſubcoriaceis diſtinctis, fructibus ovatis acuminatis.

C. ar-

C. arboreſcens, *foliis ſingularibus ovatis nitidis*, *fructu minori.* Brown. jam. 266.

Descr. *Arbor.*

Truncus mediocris, inermis, lævis.

Rami ſubdiviſi, erecti, (nec patuli) ſtricti, anguloſi, læves.

Folia petiolata, oppoſita, alterna, ſparſa, nec conferta, majora, lato-ovata, cum brevi acumine, integerrima, nervoſa, ſubcoriacea, glaberrima, ſupra nitida, inferne pallidiora.

Petioli breves, craſſi, glabri.

Pedunculi 2-5, terminales, foliis breviores, petiolis longiores, uniflori.

Corollæ nutantes, magnitud. præced. ſed magis fuſcæ.

Cal. 2-fidus, ad medium tubulatus, læte virens. *Laciniæ* ovatæ, latæ, convexæ, integræ, glabræ.

Cor. tubuloſa, inæqualis. *Tubus* baſi dilatatus, ſupra baſin contractus, medio ad limbum ſenſim ampliatus, campanulatus, ventricoſus, transverſe impreſſus. *Limbus* inæqualis, 2-labiatus. *Lab. ſup.* indiviſum, crenatum, undulatum, brevius. *Lab. inf.* longius, latius, 3-fidum: *laciniis* breviſſimis, angulatis.

Color baſeos tubi & faucis albus; ventris rubicundus; limbi pallidus, laciniar. fuſcus.

Filamenta 4. duo breviora ex baſi corollæ, ſecundum ventricoſitatem tubi curva, teretia. *Antheræ* in fauce, duplices, baſi cohærentes, 2-valves, oblongæ, fuſcæ.

Germen pedicellatum, ſubrotundo-depreſſum.

Stylus filiformis, tubo longior. *Stigma* 2-lamellatum.

Bacca pedicellata, corticoſa, ovato-oblonga cum acumine brevi, 1-locularis, cortice fragili, polyſperma.

Sem.

Sem. nidulantia.

Incolit campeſtria arida petroſa, juxta littora, Jamaicæ.

Obs. A Cujete diſtincta: *habitu, ramis erectis;* foliis *planis oblongis nitidis coriaceis*, floribus *terminalibus longius pedicellatis*, corollis *limbo integro*, fructu *ovato acuminato.*

Floret toto anno.

LANTANA. S. V. 566.

LANTANA *miſta*, foliis oppoſitis ovatis acutis piloſis; caule inferne aculeato; floribus capitatis, capitulis ſubrotundis, bracteis lanceolatis.

L. miſta. S. V. 566. 1.

LANTANA *trifolia*, foliis ternis quaternisque, ellipticis, ſerratis, ſupra rugoſis, ſubtus villoſis; caule inermi, ſpicis oblongis imbricatis.

L. trifolia. L. Sp. pl. 873.

Periclymenum rectum humilius ſalviæ folio rugoſiore, flore purpureo; fructu oblongo eſculento purpureo. Sloan. jam. 164. h. 2. 82. t. 195. f. 3. mala. Raj. d. 30.

L. erecta minor, ſubaſſurgens, foliis verticillato-ternatis, pedunculis longis, ſpicis ovatis. Brown. jam. 268. 1.

Descr. *Caulis* fruticoſus, ramoſus, teres, ſcabroſus, inermis; *ramis* erectis, teretibus, ſcabris.

Folia

Folia petiolata, 3-na, rarius quaterna, ovato-lanceolata, acuminata, ſerrata, nervoſa, rugoſa, ſupra fere glabra, inferne hirſutiuſcula, incana.

Spicæ pedunculatæ, oblongæ, bracteis lanceolatis, integris, hirſutiuſculis, diſtinctis ſubimbricatæ; prima ætate capitatæ, dein unciæ longitudine. *Flores* dilute ſanguinei, immutabiles. *Pedunculi* axillares, oppoſiti, ſolitarii, longitudine foliorum, ſtriati, angulati, hirſuti.

Cal. 1-phyllus, minutiſſimus, inter bracteas, 3-dentatus; dente *poſteriori* paullo longiori.

Cor. hypocrat. inæqualis, tubo anguſto, medio gibbo; *limbus* fere planus, obliquus, 4-fidus. *Lacinia ſup.* erectiuſcula, ſubrotunda; *laterales* $\frac{1}{2}$ minores, patentes, *inferior* reliquis latior, limbo undulato. *Faux* lutea.

Filamenta 4. breviſſima in medio tubo, 2 inferiora. *Antheræ* minutiſſimæ, viridi-fuſcæ.

Germen ſubrotundum. *Stylus* longitudine tubi. *Stigma* uncinatum, latiuſculum.

Drupa baccata, rubra, ſubrotunda. *Nucleus* durus, 2-locularis.

Habitat in montoſis Indiæ occidentalis. ♄

LANTANA *annua*, foliis oppoſitis ternisque cordatis ſcabris, caule inermi, ſpicis oblongis.

L. annua. S. pl. R. 3. 165. 3.

Obs. Exclude ſynon. *Sloanei & Raji.*

LANTANA *Camara*, foliis oppoſitis, caule inermi ramoſo, floribus capitato-umbellatis aphyllis. l. c. n. 4.

Peri-

Periclymenum rectum. — Sloan. h. 2. 83. n. XV.

Obs. Exclude var. b. *Sloan. jam. 163.*

Descr. *Caulis* fruticoſus, orgyialis, ramoſus, angulatus, ſcabriuſculus, inermis.

Rami ſubdiviſi, erectiuſculi, ſcabri, 4-goni.

Ramuli 4-angulares, ſulcati, ſtricti, hirſuti, ſaturate virides.

Folia longius petiolata, oppoſita, decuſſata, patentia, ovata, acuminata, ſerrata, nervoſa, hirſuta.

Flores terminales, capitato-umbellati, aphylli. *Pedunculi* terminales, foliis breviores, ſolitarii, angulati, ſulcati, hirſuti. *Bracteæ* lato-lanceolatæ, concavæ, integræ, pubeſcentes. *Corollæ* luteo-flaveſcentes, fauce miniata.

Cal. 1-phyllus, 3-dentatus, minutus, dente poſtico majori.

Cor. infundibuliformis. *Tubus* baſi teres, gibbus, faucem verſus ampliatus. *Limbus* 4-fidus, ſubæqualis. *Lacinia* poſtica erectiuſcula, ſubcordata: *inferior* latior, medio emarginata; *laterales* integræ, patentes, margine undulatæ. *Faux* contracta.

Filamenta breviſſima; *duo* breviora. *Antheræ* minutæ, albidæ.

Germen oblongum. *Stylus* tubo brevior. *Stigma* unciuatum.

Drupa magnitudine Ribis rubri, atroviridis, odore nauſeoſo; *nucleo* 2-loculari.

Incolit ubique fruticeta Jamaicæ.

LANTANA *involucrata*, foliis oppoſitis terniſque, rhombeo-ovatis obtuſis rugoſis tomentoſis; caule inermi, capitulis ſquarroſis, bracteis ovatis.

L. in-

L. involucrata. S. V. 566. 5. Med. act. palat. v. 3. phyſ. 223. t. 16.

Periclymenum rectum ſalviæ folio rugoſo minore ſubrotundo. Sloan. jam. 164. h. 2. 39. Raj. h. 3. 31.

L. lanuginoſa. Mill. dict.

Obs. Differt a *L. odorata* L. quod *folia lata, perfecte petiolata nec baſi attenuata*, quod, *dum fricentur, parum tantum redolent;* quod *caulis craſſior & magis hirtus;* quod *pedunculi ſæpe longitudine foliorum* & *interdum longiores.*

LANTANA *odorata*, foliis oppoſitis ternisve ellipticis rugoſis; caule inermi, capitulis ſquarroſis, bracteis lanceolatis, pedunculis folio brevioribus.

L. odorata. S. V. l. c. n. 6.

Camara arboreſcens ſalviæ folio. Plum. Gen. 32. ic. p. 60. t. 71. f. 2.

LANTANA *aculeata*, foliis oppoſitis ovatis ſubcordatis ſubtus molliuſculis; caule aculeato, capitulorum bracteis lineari-cuneiformibus.

L. aculeata. S. V. l. c. n. 7.

L. fruteſcens ſpinoſa, foliis amplioribus ſubrotundo-ovatis, pedunculis longiſſimis, floribus kermeſinis. Brown. jam. 269. 4.

CAPRARIA. S. V. 567.

CAPRARIA *biflora.* S. V. l. c. n. 1.

Descr.

Descr. *Caulis* herbaceus, 1-3-pedalis, ſimpliciuſculus, erectus, teres, glaber, folioſus.

Folia alterna, ſubſeſſilia, ſparſa, lanceolata, brevia, acuta, ſerrata, glabra, margine ciliato-pubeſcentia.

Pedunculi gemini, axillares, foliis breviores, filiformes, uniflori. *Flores* albi.

Cal. 5-partitus, oblongus. *Laciniæ* lineares, acutæ, erectæ, perſiſtentes.

Cor. monopetala, campanulata, ſemi-5-fida, æqualis. *Laciniæ* oblongæ, acutæ, patulæ; *ſuperiores* vix diſtinctæ a cæteris. *Tubus* extus ſanguineo-ſtriatus. *Faux* ſetis albis obſita.

Filamenta 4. ſubulata e baſi corollæ. quorum duo anteriora breviora. *Antheræ* cordatæ, l. ad apicem diviſæ, lobis divergentibus univalvibus.

Germen conicum, compreſſiuſculum, obtuſum. *Stylus* filiformis, ſtam. paullo longior. *Stigma* cordatum, perforatum.

Capſula oblonga, apice compreſſa, 2-locularis, diſſepimento contrario.

Semina plurima, minutiſſima, fuſca.

Creſcit in ſubhumidis paſcuis Jamaicæ. ♃ *Floret vere.*

CAPRARIA *durantifolia.* S. V. l. c. n. 2.

Obs. Stemodiæ eſſe ſpeciem, teſtantur: corolla *2-labiata*, *nec 5-fida;* ſtamina *filamentis ſingulis* antheris *geminis.* En deſcriptionem!

STEMODIA *durantifolia.* foliis ternatis connatisque, floribus ſubternis ſubſeſſilibus.

Descr. *Caulis* herbaceus, pedalis, erectus, ramoſus, folioſus, inferne 4-gonus, verſus ſuperiora tereti-

tereti-angulatus, hirſutus, viſcoſus. *Rami* ſimplices.

Folia ſeſſilia, ternata, baſi latiora connataque, denticulato-ſerrata, patentia, nervoſa, pubeſcentia.

Flores breviſſime pedunculati, axillares, terni, ſolitarii. *Corollæ* cæruleæ, parvæ.

Cal. 5-partitus, ut fere 5-phyllus: *laciniis* ſubulatis, erectis, perſiſtentibus, corolla brevioribus, hirſutis. *Foliola* duo, calycis laciniis ſimillima, ad baſin inter cætera, ut quaſi 7-phyllus.

Cor. tubulata, ſubæqualis, baſi ſubventricoſa, medio contractior. *Limbus* 4-fidus, 2-labiatus. *Lacinia ſup.* erecta, latior, obtuſe 2-fida, cæteris brevior; *3-inferiores* patentes, planæ, apice obtuſæ. *Faux* quadrata, lineata, externe ſub laciniis, lutea, compreſſa.

Filamenta 4, medio tubi inſerta, duobus anterioribus vix brevioribus; corolla breviora. *Antheræ* geminæ, diſtinctæ, ſubrotundæ, unaquæque 1-locularis.

Germen conicum. *Stylus* filiformis. *Stigma* paullum incurvum, dilatatum, infundibuliforme, æquale.

Capſula oblongo-conica, 5-gona, apice compreſſa, 2-locularis, diſſepimento magno ovato acuto, contrario, 4-valvis. *Sem.* plurima.

Occurrit in paludoſis maritimis & argillaceis Jamaicæ.

SIBTHORPIA. S. V. 572.

SIBTHORPIA *evolvulacea.* S. V. l. c. Suppl. L. p. 228.

Obs. Ad Pentandriam Digyniam pertinet, eademque eſt planta ac *Dichondra* repens *Forſt. J. E. Smith Icones Faſc. I. Tab. 8.*

Q Hæc

Hæc vero cum *Dichondra ſericea.* (*Prodr. p. 54.*) minime confundenda!

STEMODIA. S. V. 573.

STEMODIA *maritima*, foliis oppoſitis ſemiamplexicaulibus, floribus ſeſſilibus ſolitariis.

Descr. *Radix* longa, teres, radiculis lateralibus, horizontalibus.

Caulis 1-3-pedalis, erectus, ramoſus, 4-gonus, hirſutus, interdum in ſepibus maritimis quaſi ſcandens.

Rami numeroſi, breviores, ſparſi, alterni, oppoſiti, 3-ni l. 4-ni, 4-angulares, folioſi, hirſuti.

Folia parva, ſeſſilia, oppoſita, ſemiamplexicaulia, ovato-lanceolata, obtuſa, ſerrata, craſſiuſcula, hirſuta.

Foliola minora in axillis majorum.

Flores ſolitarii, pauciores, axillares, inter folia terminalia, ſeſſiles, parvi, albi l. cærulei.

Cal. 5-partitus. *Laciniæ* ſubulatæ, æquales, erectæ.

Cor. bilabiata. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* ſubæqualis, 4-fidus. *Lacinia ſuperior* paullo latior, erectiuſcula, patens, apice emarginata; 2 *laterales* & 4-*ta inferior* æquales, ſubrotundæ, integræ, convexæ, æquales.

Filamenta 4. longitudine tubi, ſubæqualia, omnia bifida. *Antheræ* octo, ſubrotundæ, albidæ, minutæ, uniloculares.

Germen oblongum, acuminatum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* obtuſum.

Capſula oblonga, acuminata, compreſſiuſcula, 2-locularis, 2-valvis.

Semi-

Semina plurima, ſubrotunda, minuta.
Odor fortis totius herbæ, plantarum Didynamiæ.
Sapor ſalſo-amarus.
Incolit inundata maritima Jamaicæ.

RUELLIA. S. V. 575.

RUELLIA *Blechum*, foliis ovatis ſerrato-dentatis, hirſutiuſculis, ſpicis ovatis: bracteis interioribus geminis, floribus ternis ſeſſilibus.

Descr. *Caulis* herbaceus, pedalis, erectus, ramoſus, 4-gonus, ſtriatus, lævis. *Rami* patentes, oppoſiti, axillares.

Folia petiolata, oppoſita, ovato-lanceolata, acuminata-ſerrato-dentata, nervoſa, hirſutiuſcula. *Flores* ſpicati.

Spicæ terminales, 4-gonæ, conicæ, unciales. *Bracteæ* imbricatæ l. folia floralia cordata, acuminata, nervoſa, hirſuta, quorum ad baſin bracteolæ geminæ, lanceolatæ, intra quas *Flores* 3 ſubſeſſiles, minores, exalbido-cærulei.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* ſubulata, erecta.

Cor. infundibuliformis. *Tubus* baſi anguſtior, ſupra medium ſubcampanulatus, poſtice gibbus. *Limbus* 5-fidus, patens. *Laciniæ* æquales, oblongæ, duæ *poſteriores* erectiores.

Filamenta 4. duo longitudine tubi, per paria approximata. *Antheræ* ſubulatæ, erectæ.

Germen oblongum, acuminatum. *Stylus* longitudine tubi. *Stigma* 2-fidum.

Capſula ſubpedicellata, calyce baſi cincta, ovata, acuminata, (intra bracteas) 2-locularis, ungue elaſti-

elaſtico, in duas valvulas carinatas ab apice dehiſcens. *Sem.* compreſſo-ſubrotunda, nigra.

Habitat in paſcuis & fruticetis Jamaicæ, vulgaris. ⊙

Obs. Deſcriptio in *Amœn. acad.* 5. *p.* 400. — data, potius eſt Ruelliæ *blechioidis*, (*prodr. p.* 93.) a Linnæo ut videtur, cum *R. Blecho* confuſa.

RUELLIA *paniculata*, foliis ſubintegris, pedunculis dichotomis divaricatis, paniculatis. S. V. l. c. n. 5.

R. procerior, ſubcinerea, hirſuta; pedunculis ramoſis, flore multiplici. Brown. jam. 267. 1.

Descr. *Caulis* ſuffruteſcens, 2-3-pedalis, ramoſus, ſæpe proſtratus, tetragonus, glaber, verſus apicem pubeſcens.

Rami præcipue ex paniculis formantur.

Folia petiolata, oppoſita, ovato-lanceolata, ſubſerrata, nervoſa, hirſutiuſcula l. ſcabra; *caulina* majora; *ramea* ſæpe decidua. *Petioli* breves.

Paniculæ ex ramis oppoſitis dichotomis divaricatiſſimis; *pedicellis* unifloris, *floribus* majuſculis, cæruleis.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* linearia, longa, erecta, hirſuta. *Hirſuties* glanduloſa.

Cor. infundibuliformis. *Tubus* calyce duplo longior; *limbo* dilatato, poſtice gibbus, antice planus. *Limbus* 5-fidus. *Laciniæ* ſubæquales; *poſteriores* duæ vix breviores, 3 *anteriores* patentiores; omnes ſubrotundæ, concavæ, incumbentes. *Faux* compreſſa, pallide cærulea.

Filamenta 4 e baſi tubi, *duo* dimidio breviora, per paria approximata. *Antheræ* erectæ, acuminatæ, albæ, bivalves.

Ger-

Germen oblongum, acuminatum. *Stylus* longitudine tubi, filiformis. *Stigma* 2-fidum, altera lacinia longiore.

Capſula acuminata, calyce cincta, 2-locularis, ungue elaſticoſe aperiens. *Semina* ſubrotunda, compreſſa nigra.

Incolit colles aridos & ſepes Jamaicæ auſtralis. ♃

Floret circa finem & initium anni.

Tota herba ſubviſcoſa odorata, odore ad Camphoram accedente.

RUELLIA *tuberoſa*, foliis cuneato-ovatis crenatis, pedunculis tripartitis, caule ſimplici. S. V. l. c. n. 6.

R. erecta, aſphodeli radice, ped. tripartitis alaribus. Brown. jam. 268. 2.

Descr. *Radix* tuberoſa. *Tubera* oblonga glabra. *Caulis* herbaceus, indiviſus, erectus, ſemi-l. 1-pedalis, 4-gonus, glaber, ſuperne pubeſcens.

Folia petiolata, oppoſita, baſi cuneata, ovata, ſubcrenata, nervoſa, glabra.

Pedunculi axillares, oppoſiti, patentes, rarius ſimplices, communiter 3-partiti, longitudine foliorum, interdum 3-chotomi.

Flores magni, cærulei.

Cal. 5-partitus; *laciniis* linearibus, acutis, erectis, glabris.

Cor. infundibuliformis. *Tubus* baſi anguſtus, teres, cylindricus, ad limbum usque ſenſim ventricoſus, compreſſiuſculus, gibbus; antice concavus. *Limbus* æqualis, 5-fidus: *laciniis* magnis rotundatis, patulis, convexis, venoſis, margine undulato: quarum duæ *ſuperiores* magis approximatæ. *Faux* compreſſa, purpureo-cærulea.

Filamenta 4. duo ½ breviora, per paria approximata, ex baſi tubi, ſubulata. *Antheræ* lineares, albæ, baſi bifidæ, 2-loculares.

Germen oblongum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum, lacinia altera majore.

Capſula oblonga, acuminata, 2-locularis, ungue elaſtico diſſiliens.

Semina nigra ſubrotunda.

Habitat in nemoroſis cultis Jamaicæ. ♃

Floret Dec. Jan. Febr.

Observationes.

Ruelliæ *Juſticiis* omnium proximæ, ordine naturali, floribus, fructu & habitu; occurrunt enim *Juſticiæ* plures 4-dræ, aliæ ſtaminibus 4 didynamarum, alia ſtaminibus 2. diantheris, cum hac claſſe affinitatem dilucide indicantes. Non ideo improprie *Juſticiæ* inter *Didynamas* redigerentur, nec non omnia Gymnoſperma ad Diandriam relata, & forte plura ejusdem Claſſis genera, ut: *Veronica*, *Pæderota*, *Gratiola*, *Calceolaria* & q. ſ. r.

SESAMUM. S. V. 574.

SESAMUM *indicum.*

S. foliis inferioribus trifidis dentatis, ſuperioribus oblongis ſerratis. Brown. jam. 270. 1.

Culta in Jamaica.

DURANTA. S. V. 577.

DURANTA *Elliſia.*

Elli-

Elliſia. Brown. jam. 262. t. 29. f. 1.

Jaſminum folio integro obtuſo, flore cæruleo racemoſo, fructu flavo. Sloan. cat. 169. h. 2, p. 97.

Descr. *Frutex.*

Caulis orgyialis & ultra, ramoſus, lævis.

Rami longi, reclinati, 4-goni, ſubdiviſi, ſpinoſi, l. interdum inermes.

Spinæ axillares, oppoſitæ, ſubulatæ.

Folia petiolata, oppoſita, ovato-lanceolata, acuminata, ſerrata, nervoſa, utrinque glabra.

Racemi compoſiti, terminales, brachiati, multiflori; *floribus* breviter pedunculatis, cæruleis.

Cal. 5-dentatus. *Dentes* æquales, erecti, ſubulati.

Cor. tubuloſa, ſubringens. *Tubus* calyce longior, gibbus, teres, albus. *Limbus* patens, 5-fidus, 2-labiatus. *Laciniæ 3 ſuperiores*, ſubrotundæ; duæ *infer.* magis approximatæ, ſtriis duabus a fauce ad limbum. *Faux* aperta.

Filamenta 4. duo e medio tubo, breviora. *Antheræ* oblongæ, albæ.

Germen ſubrotundum, inferum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* incraſſatum.

Bacca ſubrotunda, calyce tecta & coronata, (*laciniis* ejuſdem erectis l. contortis) 4-ſperma.

Sem. ovata, 2-locularia.

Incolit campeſtria & ſepes ſubmontoſ. Jamaicæ. ♄ *Floret vere.*

Obs. Differentia ſpecifica *D. Plumieri* & *Elliſiæ* ex calycis ſupra fructum contorſione, inſufficiens & vaga. Sæpe in uno eodemque racemo utraque occurrit. Ideoque quum nullæ adſint notæ pro ſpecie diſtinguenda, ambas conjungendas eſſe facile credimus.

OVIEDA. S. V. 577.

OVIEDA *ſpinoſa.*

OBS. Folia *rigida*, *dentata*, dentibus *ſpinis* *terminatis*.

Flores terminales, corymboſi, ſubſeſſiles inter folia terminalia.

Baccæ nigræ.

Provenit in montibus Hiſpaniolæ. ♄

Fructum maturat Majo.

AVICENNIA. S. V. 579.

AVICENNIA *tomentoſa.*

OBS. Variat *foliis acuminatis*, *ſubtus magis minusve tomentoſo-incanis.*

Charact. gener. Jacq. amer. 178. *optimus.*

COLUMNEA. S. V. 579.

Character eſſentialis correctus.

Cal. 5-partitus. *Cor.* ringens; *labio* ſuperiori 3-partito, *intermedia* fornicata, ſupra baſin gibba. *Capſula* 1-locularis. *Sem.* nidulantia.

Charact.

Charact. naturalis emendatus.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ad baſin uſque 5-partitum. *Laciniæ* æquales, erectæ, lanceolatæ, perſiſtentes.

COR. monopetala, ringens, villoſa. *Tubus* calyce longior, baſi ſuperne gibbus, ſubincurvus. *Limbus* 2-labiatus. *Labium ſup.* 3-partitum: *laciniæ laterales* lanceolatæ; *intermedia* major, ſubfornicata, emarginata. *Labium inf.* profundius diviſum, lanceolatum, patens.

STAM. *Filamenta* 4, quorum 2 longiora, ſub lacinia fornicata recondita, apice incurva. *Antheræ* oblongæ, biloculares, connexæ in coronam quadratam, ſupra ſtigma.

PIST. *Germen* ovatum, ſuperum. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* 2-fidum, obtuſum, ſub antherarum corona.

PER. *Capſula* ovata, calyci inſidens, 1-locularis, polyſperma.

SEM. numeroſa, nidulantia.

COLUMNEA *ſcandens*, foliis ovatis acutis integris ſubvilloſis; laciniis calycis integris corollisque pubeſcentibus, labio ſuperiore indiviſo. S. pl. R. 3. p. 201. 1.

Columnea ſcandens, phœniceo flore, fructu albo. Plum. gen. 28. ic. 89. f. 1.

Columnea ſcandens. Jacq. hort. Vind. III. 27. t. 48. *optima.*

Obs. Synonyma *Brownei (jam. 270. t. 30. f. 3.)* & *Sloanei (jam. 58. h. l. 157. t. 100. f. 1.) ad Columneam hirſutam (prodr. p. 94.)* amandanda ſunt.

Varietas b. Plum. gen. 28. forte *alia ſpecies.*

Descr. *Caulis* ſcandens, radicans, angulatus, ſub-4-gonus, ſtriatus, ſuberoſus, ſucculentus, fragilis, hirſutiuſculus.

Folia petiolata, oppoſita, ovata, acuta, integra, villoſiuſcula, minora, vix nervoſa.

Flores pedunculati, ſolitarii, axillares, ſanguinei, villoſiuſculi.

Cal. ſub-5-phyllus: *laciniæ* lanceolatæ, integræ, erectæ, villoſæ.

Cor. 2-labiata. *Tubus* elongatus, incurvus. *Labium ſuperius* 3-partitum. *Lacinia intermedia* magna, ſemifornicata, integra: *duæ laterales* lato-lanceolatæ, obtuſæ, breviores, patentes. *Labium inferius* profundius diviſum, lanceolatum, obtuſum, patens.

Filamenta longitudine corollæ; duo breviora. *Antheræ* 4-dratæ, connexæ ſupra ſtigma.

Germen oblongum. *Stylus* filiformis. *Stigma* 2-fidum.

Capſula alba, molliuſcula, 1-locularis, *baccæ* æmula, ſed dehiſcit.

Semina plurima, nidulantia.

Incolit ſylveſtria ſubmontoſa, humida umbroſa Inſularum Caribæarum, Martinicæ, Guianæ; *ſubparaſitico.* ♄

LEPI-

LEPIDIUM. S. V. 586.

LEPIDIUM *virginicum*, floribus ſub-3-andris, 4-petalis; foliis linearibus pinnatis, inferioribus oblongis pinnatifidis. S. V. l. c. n. 17.

L. erectum, foliis infer. oblongis pinnatifidis, lobatis, ſuper. anguſtis ſerratis. Brown. jam. 272.

Habitat in ruderatis Jamaicæ. ⊙

SISYMBRIUM. S. V. 594.

SISYMBRIUM *Naſturtium.*

S. aquaticum, foliis ſubrotundis abrupte pinnatis, baſi inæqualibus. Brown. jam. 272.

Incolit etiam rivulos Jamaicæ & Hiſpaniolæ, *indigena.*

CHAMIRA. S. V. 597.

CHAMIRA *cornuta.*

Obs. Eſt Heliophila *circæoides* S. V. 599. n. 7. ſuppl. 198. & forte ejusdem generis ſpecies. — *Dahl. obſ. bot. p. 29.*

CHEIRANTHUS. S. V. 597.

CHEIRANTHUS *lacerus.* S. V. l. c. 17.

Obs. Excludendus; eadem cum *Heſperide lacera (l. c. p. 599. n. 6.)* planta.

CLEO-

CLEOME. S. V. 604.

CLEOME *heptaphylla.* S. V. l. c. n. 2.

Descr. *Caulis* herbaceus, 3-5-pedalis, ramoſus, erectus, angulato-ſulcatus. *Rami* ſubdiviſi, patentes, ſulcati, hirſuti, viſcoſi, aculeati.

Folia petiolata, alterna, ſparſa, patentia, digitata. *Foliola* ſeptena, petiolulata; lanceolata, acuminata, nervoſa, patula, pubeſcentia. *Petioluli* in centro, breves, teretes, hirſuti. *Foliola* verſus interiora, gradatim minora, exteriora majora.

Petioli communes longiores, erecti, teretes, ſtriati, hirſuti, viſcoſi.

Aculei geminati, oppoſiti, craſſi, breves, ad baſin petiolorum.

Flores terminales, ſpicati; bracteis cordato-ſubrotundis, ſeſſilibus, integris, pubeſcentibus, albis diſtincti, gynandri, pedunculati. *Pedunculi* longiuſculi, teretes, pubeſcentes.

Cal. 4-phyllus. *Foliola* lineari-lanceolata, acuta, patula, convexa, pubeſcentia, duo paullo longiora.

Cor. 4-petala. *Petala* unguiculata, reflexa, erecta, contigua, oblonga, concava, integra, alba.

Filamenta 6. corolla longiora, deflexa, patula, rubro-purpurea. *Antheræ* longæ, erectæ, lineares, brunneæ.

Germen pedicellatum, lineari-4-gonum, viride. *Stylus* o. *Stigma* obtuſum, nigrum.

Siliqua pedicellata, longa, &c. *Provenit in ruderatis* Jamaicæ. ⊙

CLEOME *ſpinoſa.* Jacq. am. p. 190. 3.

C. aſſurgens, ramoſum & ſpinoſum, 7-phyllum, ſpica multiplici foliato. Brown. jam. 273. 1.

Descr.

Descr. *Caulis* herbaceus, orgyialis, erectus, ramoſus, hirſutus, teres, ad baſin ramulorum aculeatus. *Rami* ſubdiviſi, erecti, anguloſi, hirſuti, ad petiolos aculeati.

Aculei oppoſiti ad latera *petioli* validi, breves.

Folia petiolata, digitata, 7-tena, alterna. *Foliola* exteriora majora, interiora minora, lanceolata, integra, nervoſa, ſubrugoſa, pubeſcentia, ſubviſcoſa.

Petioli longi, teretes.

Spicæ longæ, (pedales,) apice comatæ, bracteatæ. *Bracteæ* cordatæ, ſeſſiles, obtuſæ, ſparſæ, approximatæ, nervoſæ, pubeſcentes.

Flores pedunculati, majuſculi, albi; *pedunculis* ſolitariis, *bracteis* longioribus, unifloris.

Cal. 4-phyllus. *Foliola* lanceolato-linearia, patentia, concava.

Cor. 4-petala. *Petala* unguiculata, adſcendentia, oblonga, integra; *ungues* elongati, longiores.

Glandulæ 4. ſubrotundæ, ad baſin unguium corollæ.

Filamenta 6. receptaculo inæqualiter inſerta, ſubæqualia, patentia, filiformia corolla 3-plo longiora, purpurea. *Antheræ* erectæ, longæ, biloculares, luteæ.

Germen pedicellatum, ſtaminum longitudine, teres, curvum. *Stylus* o. *Stigma* obtuſum.

Siliqua 3-4-pollicaris, teres, ſubtoruloſa, hirſutiuſcula, viſcoſa, 2-valvis.

Semina plurima, oblonga.

Habitat in cultis ruderatis Jamaicæ. ⊙

CLEOME *procumbens*. S. V. 606. n. 21.

Jacq. amer. 189. t. 120.

Sinapis erecta, foliis oblongis, floribus ſolitariis. Brown. jam. 273. 2.

Leu-

Leucojum ſylveſtre luteum, ſ. Keiri minimum. Sloan. cat. 79. h. 1. t. 123.

DESCR. *Caulis* herbaceus, 2-pollicaris — ½ pedalis, procumbens, adſcendens, ſuffruteſcens, ramoſus, glaber. *Rami* erectiuſculi, ſubdiviſi, glabri.

Folia petiolata, alterna, minora, lanceolata, acuta, glabra.

Flores axillares, pedunculati, ſolitarii.

Pedunculi petiolis longiores, uniflori, purpuraſcentes.

Corollæ luteæ, poſt floreſcentiam fulvæ l. rubræ.

Cal. 4-phyllus, hians. *Foliola* lanceolata, acuta.

Petala 4 oblonga, patula, integra, unguiculata.

Filamenta 6, æqualia, longitudine petalorum. *Antheræ* ovatæ, nigricantes, revolutæ, 2-loculares.

Germen ſubpedicellatum, oblongum, acuminatum, compreſſum. *Stylus* ſubulatus, craſſus. *Stigma* obtuſum, ſimplex.

Siliqua pedicellata, erecta, teres, ſubtorulosa, 2-valvis, polyſperma.

Semina ſubrotunda, echinata, nigra.

Incolit arida ſabuloſa Jamaicæ & Hiſpaniolæ. *Floret Novembr.*

WALTHERIA. S. V. 610.

WALTHERIA *americana.* S. V. l. c. n. 1.

W. fruticoſa, ſubhirſuta, foliis oblongo-ovatis ſerratis, floribus capitatis, pedunculis communibus longiuſculis, ſingulis folio ſingulari ornatis. Brown. jam. 276. 2.

Malva americana, abutili folio, flore luteo ſpicato, fol. hirſutioribus. Sloan. cat. 97. h. 2. 218. Raj. h. 3. 320.

DESCR.

Descr. *Caulis* ſuffruteſcens, ramoſus, ſubdiviſus, teres, hirſutus.

Folia petiolata, alterna, ovata, dentato-crenata, nervoſa, tomentoſo-mollia, ſubtus albida.

Pedunculi longitudine foliorum, axillares, ſolitarii, erecti, pubeſcentes.

Flores aggregati, lutei.

Calyces tomentoſi: *omnia* Waltheriæ.

Creſcit in graminoſis aridis Jamaicæ. ♄

MELOCHIA. S. V. 611.

MELOCHIA *pyramidata*, floribus ſubumbellatis, capſulis pyramidatis pentagonis, angulis mucronatis, foliis nudis ſerratis. S. V. l. c. n. 1. S. pl. R. 3. p. 304.

Obs. *Melochia dominicenſis* certe non hujus, *Ill.* Jacquinus *(am. 198.)* ſuam deſcripſit *caule 4-pedali, foliis 2-pollicaribus* &c. ideoque diverſa, l. varietas *M. tomentoſæ*.

Abutilon herbaceum procumbens, betonicæ folio, flore purpureo. Sloan. cat. 97. h. 1. 220.

Descr. *Caulis* baſi fruteſcens, ramoſus, pedalis. *Rami* depreſſi, diffuſi, adſcendentes, ſimplices, glabri.

Folia petiolata, alterna, ovata, acuminata, ſerrata, nervoſa, glabra.

Petioli foliis breviores, erectiuſculi, tenues.

Flores pedunculati, ſubumbellati.

Pedunculi laterales, petiolis oppoſiti, ſolitarii, longitudine petiolorum, 3-flori.

Corollæ parvæ, ſanguineæ, ſæpe clauſæ.

Cal.

Cal. 5-dentatus. *Dentes* erecti, lanceolati, acuti.

Petala 5 unguiculata; *unguibus* baſi luteis, *limbo* ſanguineo, ſuberecto, integro, obtuſo.

Filamenta 5 baſi connata. *Antheræ* oblongæ, luteæ.

Germen 5-gonum, ſubrotundum. *Styli* 5. *Stigmata* ſimplicia, obtuſa.

Capſula 5-gona, 5-angularis, pyramidata, ventricoſa, membranacea, angulis inferne muricatis, 5-locularis.

Semina ſolitaria, oblonga.

Incolit culta & arva Indiæ occidentalis.

MELOCHIA *tomentoſa.* S. pl. l. c. 2.

Obs. Exclude *Sloan. h. 1. p. 220. t. 139. f. 1.* & adde:

Abutilon arboreum ſpicatum, betonicæ folio incano, flore minore purpureo. Sloan. cat. 97. h. p. 219. t. 138. f. 2-3.

Facillime dignoſcitur a præcedenti: quod *frutex* ſæpe orgyialis, *ramis* virgatis, cortice fuſco.

Folia mollia, crenata, plicata, tomentoſa.

Pedunculi umbellati, multiflori.

Flores majores, purpurei.

Deſcriptio Jacquini (am. 193.) *bona.*

Habitat in campeſtribus ſiccis, ſepibusque Jamaicæ. ♄

BROWNEA. S. V. 619.

Obs. Hujus generis videtur Paloue *Aubl. guian. p. 365. t. 141.*

GU-

GUSTAVIA. S. V. 620.

GUSTAVIA *auguſta.* S. V. l. c. ſuppl. p. 313.

Obs. Pirigara hexapetala *Aubl. guian. p. 490. t. 193.* eſt diſtincta ſpecies.

CAROLINEA. S. V. 620.

CAROLINEA *princeps.* Suppl. p. 314.

Obs. Xiloxochitl. *Hern. mex. p. 68.* ad novam ſpeciem pertinet; ſeu

Carolineam inſignem. *Prodr. p. 101.* cujus ſynonymon eſt Bombax grandiflorum. *Cavanill. diſſ. V. t. 154.*

SIDA. S. V. 621.

SIDA *ſpinoſa.* S. V. l. c. 1.

Malva erecta minor, carpini folio, flore luteo, ſem. ſingulis ſimplici aculeo longiori donatis. Sloan. cat. 96. h. 1. 218.

SIDA *rhombifolia.* S. V. l. c. 4.

Malva minor erecta betonicæ folio, flore luteo, ſem. duplici roſtro prædita. Sloan. cat. 96. h. 1. p. 217.

SIDA *ciliaris*, foliis confertis oblongis retuſis ſerratis, ſtipulis linearibus ciliatis, capſulis muricatis. S. V. l. c. n. 6.

Descr. *Caules* procumbentes, 5-6-pollicares, aſſurgentes, fruteſcentes, filiformes, ſtricti, ſcabroſi; *ramis* divergentibus.

Folia terminalia, conferta, petiolata, ſparſa, oblonga, retuſa, minora, verſus apicem ſerrata, glabra ſubtus hirſuta.

Stipulæ inter folia, longitudine petiolorum, lineares, ciliatæ.

Flores ſubſeſſiles, terminales, ſanguinei.

Cal. ſimplex, 5-partitus.

Petala 5. baſi coalita, oblonga, integra.

Filamenta 20-24, lutea, monadelpha.

Stylus 5-partitus.

Capſulæ 5. depreſſæ, muricatæ.

Incolit arida graminoſa Jamaicæ.

SIDA *jamaicenſis*. S. V. l. c. n. 9.

Descr. *Caulis* ſuffruteſcens, pedalis, ramoſus, aſſurgens, teres, hiſpidus. *Rami* ramulique patentes, teretes, hirſuto-pubeſcentes.

Folia petiolata, alterna, parva, ovata, vix acuminata, ſerrata, nervoſa, tomentoſa, molliuſcula. *Petioli* breves, foliis multo breviores.

Folia prope petiolum leviter emarginata.

Stipulæ oppoſitæ. ad baſin petiolorum ſetaceæ.

Flores breviſſime pedunculati, 1-3 axillares. *Corollæ* flavæ, minores.

Cal. 5-gonus, 5-fidus. *Laciniæ* longæ, lanceolatæ, hirſutæ.

Petala 5, baſi connata, *limbo* rotundato, undulato.

Filamenta numeroſa. *Antheræ* pallidæ.

Germen 5-gonum. *Styli* 5, reflexi. *Stigmata* capitata, fulva.

Capſu-

Capſulæ 5 oblongæ, compreſſæ, 2-roſtratæ. *Roſtra* breviſſima.

Provenit in aridis Jamaicæ auſtralis.

SIDA *viſcoſa.* S. V. l. c. n. 2.

Obs. *Planta* 2-4-pedalis, patens.

Folia minora, hirſuta.

Flores lutei.

Tota planta viſcoſa, valde graveolens.

SIDA *paniculata*, foliis cordato-ovatis acuminatis ſerratis hirſutiuſculis; floribus paniculatis, pedunculis longiſſimis capillaribus.

Loco ſynon. Brownei (jam. 280. 8.) *quod excludatur, adde*

S. foliis cordato-acuminatis, pedunculis longis tenuiſſimis capillaribus alaribus, inferioribus ſimplicibus, ſuperioribus ramoſis. Brown. jam. 280. 7.

S. atro-ſanguinea. Jacq. icon. rar.

Descr. *Caulis* herbaceus, erectus, 2-pedalis, ſubdiviſus, teres, ſcaber, hirſutiuſculus.

Rami patentes, ſimpliciuſculi, filiformes.

Folia petiolata, alterna, ſubcordata, minora ovata, acuta, dentato-ſerrata, nervoſa, hirſutiuſcula.

Flores paniculæ inſtar patulæ.

Pedunculi axillares, ſubdiviſi, longiſſimi, capillares, patentiſſimi, ultimis unifloris.

Corollæ atropurpureæ.

Cal. 5-fidus, corolla minor. *Laciniæ* ovatæ, acutæ, reflexæ.

Petala ſeſſilia, baſi columna ſtam. coalita, oblonga, convexa, patula, ſerrata.

Filamenta corolla duplo longiora, apice libera. *Antheræ* luteæ.

Germen pentagonum, minutum. *Stylus* apice 5-fidus. *Stigmata* reflexa.

Capſulæ 5. compreſſæ, ſubrotundæ, acuminatæ, 2-roſtratæ.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda, compreſſa.

Incolit rupes calcareas Jamaicæ.

SIDA *atro-ſanguinea.* S. V. 622. n. 15.

Jacq. icon. rar.

Obs. Omnino eadem cum antecedente, licet inflorefcentia quaſi diverſa, cujus cauſſa ſolum alienum & cultura forte fuit.

SIDA *periplocifolia.* foliis cordatis acuminatis integris, ſubtus incanis, caule paniculato.

Alcæa populifolia, folio incano integro. Sloan. h. 1. 222. t. 139. f. 3.

Descr. *Caulis* 2-4-pedalis, erectus, ſimplex, teres, pubeſcens; interdum verſus ſuperiora diviſus, ramis patulis.

Folia petiolata, alterna, cordata, acuminata, integra, glabra, ſubrugoſa, inferne tomentoſo-incana.

Panicula terminalis, caulis dimidia longitudine, erecta, ſimpliciuſcula, patens.

Pedunculi ſimpliciter ſubdiviſi, alterni, filiformes; ultimi uniflori.

Flores pallidi, interdum pallide purpuraſcentes.

Cal. 5-fidus, patens, fuſcus; *laciniæ* ovatæ acutæ, pubeſcentes.

Peta-

Petala 5. baſi connexa, unguiculata, ſubrotunda, convexa, recurva.

Stamina monadelpha, 12-15, lutea. *Antheræ* fulvæ.

Germen ſubrotundum, pentagonum. *Styli* 5. filiformes, *ſtam.* longiores, reflexi. *Stigmata* capitata, flava.

Capſulæ 5. ovatæ, acuminatæ.

Habitat in campis ſiccis Jamaicæ.

SIDA *urens.* S. V. l. c. n. 17.

Althæa ſpicata, betonicæ folio, villoſo, ſpica breviore & laxa. Sloan. cat. 97. h. 2. 44.

DESCR. *Caulis* pedalis & ultra, ſuffruteſcens, ſimplex ſ. ramoſus, erectus, teres, hirſutus.

Folia petiolata, alterna, cordata, acuminata, ſerrato-dentata, nervoſa, hirſuta, hiſpida. *Petioli* longi. *Stipulæ* ſetaceæ ad baſin petiolorum.

Flores terminales in ramulis axillaribus congeſti, ſubglomerati, breviſſime pedicellati, flavi, fundo purpuraſcente.

Cal. 5-gonus, 5-fidus, patens. *Laciniæ* corolla longiores, patentes, hirſutiuſculæ, pallidæ.

Petala 5, approximata, rotundata, patentia, quaſi corolla rotata.

Filamenta numeroſa ad medium unita. *Antheræ* flavæ, ſubrotundæ.

Germen 5-gonum. *Styli* 5, patentes. *Stigmata* capitata, reflexa, ſanguinea.

Capſulæ 5, oblongæ, compreſſæ, muticæ.

Semina ſubrotunda, compreſſa, rugoſa, nigra.

Habitat in fruticetis aridis Jamaicæ.

SOLANDRA. S. V. 623.

OBSERVATIO.

Eſt TRIGUERA *Cavanilles diſſert. de Sida* &c. ab ill. SOLANDRO itaque non denominanda; præcipue, quum illud genus, cujus monographia in *Actis Stockholm. 1787. p. 300. tab. XI.* legitur, ante plures annos Viro celebratiſſimo conſecratum fuerit; ejusdem etiam flos numiſmate in viri ſummi honorem ſumtu Generoſiſſ. Ejus Amicorum jam anno 1783 cuſo, expreſſus cernatur.

MALACHRA. S. V. 624.

MALACHRA *capitata.*

Malva aſpera major aquatica. Sloan. h. 1. p. 217. t. 137. f. 1.

MALVA. S. V. 624.

MALVA *ſpicata.* S. pl. R. 3. p. 343.

OBS. Exclude ſynonym. *Sloanei (h. 1. 218. t. 138. f. 1.)* quod eſt MELOCHIÆ *venoſæ (prodr. p. 97.);* huc vero pertinet:

Althæa ſpicata, betonicæ folio glabro, flore luteo, ſpica habitiore. Sloan. cat. 97. h. 1. 219.

MALVA *Coromandeliana*, foliis oblongis cordatisve ſerratis, pedunculis axillaribus, floribus glomeratis, arillis tricuspidatis.

DESCR. *Caulis* pedalis, ramoſus, teres, hiſpido-piloſus. *Rami* folioſi, teretes, hiſpidi.

Folia

Folia petiolata, alterna, oblonga, interdum baſi cordata, ſerrata, obtuſa, piloſa, hiſpida. *Petioli* teretes, longiores, hiſpidi.

Pedunculi axillares, ſolitarii, erecti, petiolo breviores; *floribus* terminalibus ſubſpicatis ſeſſilibus, flavis.

Cal. exter. 3-phyllus: foliola linearia. *Interior* 5-fidus, patens.

Petala 5. obcordata.

Stamina numeroſa. *Styli* 10-16.

Fructus hirſutus. *Arilli* 3-cuſpidati, duo gemini, unus ſuperior.

Habitat in graminoſis Jamaicæ ubique. ⊙

MALVA *americana*. S. pl. R. 3. 344. 5.

Obs. Exclude *Breyn. cent. 124. f. 57.* (vid. Waltheriam.)

LAVATERA. S. V. 626.

LAVATERA *americana*. S. V. 627. n. 6.

Obs. Eſt ſpecies Sidæ, & quidem Sida abutiloides *Jacq. hort. Vind.*

URENA. S. V. 627.

URENA *ſinuata*. S. V. l. c. n. 2.

U. foliis profunde 5-lobis; lobis inferne anguſtioribus denticulatis, floribus confertis ad alas. Brown. jam. 281. 2.

Malva ſive Alcea fruticoſa ribeſii foliis. Sloan. cat. 196.

Descr. *Caulis* fruticoſus, 1-2-pedalis, ramoſus, erectus, teres, pubeſcens.

Rami ſimpliciuſculi, erecti, teretes.

Folia petiolata, alterna; *inferiora* ſubrotunda, 5-gona, ſubſerrata; *media* cordato-5-angulata, *angulis* obtuſis, ſerrato-denticulatis; *ſuperiora* ſinuata, 5-loba, dentato-ſinuata; nervoſa, hirſuta, inferne caneſcentia.

Porus glanduloſus ſubtus in medio nervo foliorum.

Petioli longiuſculi, teretes, erecti, pubeſcentes.

Flores axillares, breviſſime pedunculati, ſanguinei, magnitudine Malvæ ſylveſtris.

Cal. duplex. *Exterior* 5-phyllus: *foliola* linearia, erecta, obtuſa. *Interior* 5-partitus. *Laciniis* erectis, lanceolatis, longitudine exterioris.

Petala 5, baſi contigua, oblonga, obtuſa, integra.

Filamenta plurima, inferne coalita petaliſque connexa. *Antheræ* ſubrotundæ, luteæ.

Germen 5-gonum. *Stylus* longitudine ſtaminum, apice 10-partitus. *Stigmata* reflexa, obtuſa.

Capſulæ 5, clauſæ, connexæ, echinatæ.

Semina ſolitaria, oblonga, compreſſa, lævia.

Incolit paſcua ſicca Jamaicæ. ♄

Floret toto anno.

Obs. Ab *Indica orientali* non ſeparari debet.

URENA *Typhelæa*. S. V. 627. n. 3.

Descr. *Caulis* ſuffruteſcens, ſubdiviſus, teres, ſcaber, hirtus. *Cortex* tenaciſſimus.

Rami axillares, alterni, erecti.

Folia petiolata, alterna, lato-lanceolata, duplicato-ſerrata, nervoſa, glabra, inferne ſcabriuſcula.

Petioli gibbi, glabri.

Flo-

Flores terminales, conferti, pedunculati, ſubinvolucrati.

Foliola involucri (*bracteæ*) ovata, acuminata, glabra, numeroſa. *Corollæ* albæ, minores.

Cal. duplex. *Exterior* 5-phyllus; *Foliola* ovata, acuta, hirta, interiori adpreſſa. *Interior* 5-fidus: *laciniæ* ovatæ, acutæ.

Petala 5. baſi attenuata, oblonga, patentia, incumbentia, venoſa.

Filamenta connata, longitudine petalorum. *Antheræ* minutæ, albidæ.

Germen 5-fidum. *Stylus* 10-fidus. *Stigmata* reflexa, obtuſa.

Capſulæ 5. mucronibus 3 ſubulatis, retro denticulatis; 1-ſpermæ.

Habitat in paſcuis graminoſis Jamaicæ &c. ♄

URENA *americana.* S. V. 627. Suppl. 308.

Obs. Vix niſi varietas *U. ſinuatæ*, (vid. ſupra) quæ *foliis ſuperioribus 3-fidis* ſæpe variat.

GOSSYPIUM. S. V. 628.

GOSSYPIUM *hirſutum*, foliis inferioribus 3-5-lobis, ſuperioribus cordatis, ramulis petiolisque hirſutiuſculis, ſem. viridibus, adhærentibus.

G. procerius, foliis 3-lobis, ſeminibus minoribus virentibus. Brown. jam. 282. 1. Pluk. alm. 172. t. 299. f. 1. *mala.*

Descr. *Caulis* fruteſcens, orgyialis, erectus, ramoſus, ſtriatus. *Rami* hirſuti.

Folia petiolata, alterna; *ſuperiora* indiviſa, cordata, acuta, integra, margine hirta; inferiora 3-loba: *lobis* minus diviſis, ovatis, acutis, integris, ſubtus hirſutis, ſupra glabris.

Petioli teretes, ſtriati, nigro-punctati, hirſuti.

Pori glanduloſi ſolitarii ſubtus in medio nervo foliorum, interdum 2 l. 3 in nervis proximis.

Pedunculi petiolis 3-plo breviores, craſſi, ſtricti, hirſuti, nigro-punctati.

Cal. duplex. *Exterior* 3-5-fidus: *laciniæ* ovatæ acutæ, hirtæ. *Interior* 1-phyllus, truncatus, dentibus 3 obtuſis.

Petala 5, baſi cohærentia, lateri incumbentia, rotundata, retuſa, integra, baſi flava, apice purpuraſcentia, extus pubeſcentia.

Filamenta a baſi ad medium connata, petalis breviora, apice libera. *Antheræ* reniformes, flavæ.

Germen ovatum, acuminatum, nigro-punctatum. *Stylus* ſtam. longior, apice 3-5-fidus, inclinatus. *Stigmata* obtuſa.

Capſula magna, ovata, nigro-punctata, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

Semina ovata, acuta, viridia, lana obvoluta, arcte adhærentia.

Cultum ubique in Jamàica *alibique in* India occidentali. ♂

Vulgo appellatur French Cotton *Jamaicenſibus.*

Obs. Varietas hujus eſt *Xylon americanum præſtantiſſimum, ſem. vireſcenti.* Tournef. inſt. 101. Gallis *Cotonier de Soie* nuncupatum, cæteris ob lanam præſtantius, idque forſitan ope culturæ.

GOSSYPIUM *barbadenſe*, (S. V. 628. 6.) foliis ſuperioribus 3-lobis, inferioribus 5-lobis; caule læviori, ſeminibus liberis.

Descr.

DESCR. *Caulis* 6-15-pedalis, ſuffruticoſus, biennis, l. ultra, ramoſus, lævis. *Rami* erectiuſculi, teretes, læves l. pubeſcentes.

Folia petiolata, alterna, ſuperiora triloba, inferiora 5-loba, diam. 4-5-pollicari: *lobis* ovatis, acutis, integris, nervoſis, glabris, ſubtus ſæpe pubeſcentibus.

Petioli 5-6-pollicares, teretiuſculi, patuli, læves, ſubinde pubeſcentes. *Pori* glandulosi ſubtus in nervis foliorum mediis, plerumque tres.

Pedunculi petiolis oppoſiti & breviores, craſſiuſculi, teretes, ſtriati, pubeſcentes, uniflori.

Flores magni, flavi, tandem rubri.

Cal. duplex. *Exterior* ſemi-5-fidus: *laciniis* ovatis, acutis, glabris l. pubeſcentibus l. atomis nigris hinc inde adſperſis. *Interior* monophyllus, cyathiformis, *dentibus* 3-5 minutis obtuſis.

Petala 5. baſi connata, obliqua, obcordata, plana, patentia, baſi macula purpurea notata, extus glabra.

Filamenta in cylindrum ad medium coalita, apice numeroſa, laxa, petalis baſi inſerta & breviora. *Antheræ* reniformes, flavæ l. fulvæ.

Germen ſubrotundo-acuminatum. *Stylus* ſtaminibus fere longior, apice 3-5-fidus. *Stigmata* obtuſa, craſſiuſcula.

Capſula ovato-ſubrotunda, acuminata, glabra, interdum nigro-punctata, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

Sem. oblonga, plura (8-12) nigra, lana involuta facile ſeparanda.

In inſulis Indiæ occidentalis *præ cæteris culta occurrit.*

GOSSYPIUM *religioſum*, (S. V. 628. 4.) foliis ſuperioribus 3-lobis, inferioribus 5-lo-

5-lobis; ramulis petiolisque nigro-punctatis; calyce exteriore ſub-3-phyllo, ſeminibus nigris lana colorata adhærentibus.

Obs. Hujus varietas eſt *G. rufum* auctorum, ſecundum *Siamenſes* ab Anglis *Nankin* dictum.

Descr. *Caulis* fruticoſus, orgyialis, ramoſus, biennis, teretiuſculus, ſcaber. *Rami* patentiſſimi, anguloſi, ſtriati, hirſutiuſculi, nigro-punctati.

Folia petiolata, alterna, cordata; *ſup.* 3-loba, *inf.* 5-loba profunde diviſa: lobis ovatis, acuminatis, integris, nervoſis, pubeſcentibus. *Pori* glanduloſi 3. ſubtus in coſtis mediis foliorum.

Petioli longi, teretes, patuli, hirſuti, *atomis* nigris adſperſi.

Flores petiolis oppoſiti, magni, fulvi. *Pedunculi* breves, punctati.

Cal. exter. ſub-3-phyllus, pubeſcens, punctatus; *Foliola* magna, cordata, laciniata, acuminata. *Interior* 5-dentatus; *dentibus* 3 paullo longioribus, acutis.

Petala incumbentia, ſubtorta, punctis irrorata, unguibus incraſſatis. *Limbus* oblique emarginatus.

Filamenta monadelpha. *Antheræ* ſubrotundæ, cordatæ, erectæ.

Germen oblongum. *Stylus* ſuperne 5-fidus, *laciniis* conglutinatis, punctis nigris notatis. *Stigmata* conglobata.

Capſula ovata, acuminata, punctata, 3-4-locularis, 3-4-valvis.

Semina ovata, nigra, lana pallide crocea l. fuſco-alba obvoluta, arcte adhærentia.

Cultum in Jamaica. *Ex ſeminibus e* China *miſſis, productum.*

Obser-

Observationes.

Difficile dignoſcuntur a ſe invicem *G. barbadenſe, hirſutum* & *religioſum.* Variant enim magnitudine partium, diviſura foliorum & pubeſcentia colore ſeminum & lanæ, adhærentia ejusdem & tenacitate, numero glandularum & q. ſ. r. ut plurimas unius ſpeciei ſolas eſſe varietates facile crederem.

HIBISCUS. S. V. 628.

HIBISCUS *ſimplex.* S. pl. R. 3. 359. 5.

Obs. Species dubia. Synonymon — *Sloanei (h. r. 95. t. 134. 1, 2, 3.)* eſt *H. elati (prodr. p. 102.)* ideoque excludendum.

HIBISCUS *Malvaviſcus.* S. V. 629. 17.

Obs. *Flore & fructu* ab *Hibiſcis multum* diſcedit. Hanc ob cauſſam *Malvaviſcus*, una cum alia ſpecie, ſub diſtincto genere, nomine Achania militant. *Prodr. p. 102.*

HIBISCUS *Sabdariffa.* S. V. 630. n. 21.

H. rufeſcens, acetoſus, foliis trilobis. Brown. jam. 385. 5.

Descr. *Radix* ſimplex, deſcendens.

Caulis herbaceus, 1-3-pedalis, erectus, ſubdiviſus, teres, glaber, ſanguineus.

Folia petiolata, alterna, lato-ovata, acuminata, apice obtuſo, crenata, nervoſa, utrinque glabra, *ſuperiora* 3-5-partita, erecta.

Petioli longitudine foliorum, patentes, teretes, glabri, colorati.

Flo-

Flores axillares, ſolitarii, pallide lutei, majuſculi. *Pedunculi* breviſſimi, teretes, craſſi.

Cal. exter. polyphyllus; *Foliola* 10, linearia, ſubulata, erecta, atropurpurea, perſiſtentia. *Interior* 5-fidus, cyathiformis; *laciniis* lato-lanceolatis acutis, pallidis, lineis 3. purpureis, margine ciliatis.

Petala 5. baſi connata, obcordata, latere altero majore, venoſa, pallida, fundo ſanguinea.

Filamenta in tubum coalita. *Antheræ* reniformes luteæ.

Germen ſubrotundum. *Stylus* 5-fidus. *Stigmata* capitata.

Capſula calyce clauſa, ovata, 5-locularis, 5-valvis.

Semina reniformia, angulata, nigra.

Hoſpitatur in hortis Indiæ occidentalis. ⊙

Obs. Folia interdum omnia indiviſa.

Petioli in hortis ſemper inermes, in plantis ſponte naſcentibus forte aculeati.

HIBISCUS *clypeatus.* S. V. l. c. n. 28.

Malva arborea, folio oblongo acuminato, velutino, dentato, & leviter ſinuato, flore ex rubro flaveſcenti. Sloan. jam. h. 1. t. 135. f. 1.

Descr. *Frutex* humanæ altitudinis & ultra.

Caulis erectus, ramoſus, teres, pubeſcens.

Rami ſubdiviſi, ſtricti, erecti, tomentoſi.

Folia petiolata, alterna, cordata, anguloſa, acuminata, denticulata, nervoſa, hirſuto-ſcabriuſcula, ſubtus tomentoſo-mollia.

Petioli longiores, ſtricti, teretes, tomentoſi.

Pedunculi ex axillis terminalibus, erecti, petiolis craſſiores, ſtricti, longi, teretes, albido-tomentoſi, uniflori.

Co-

Corollæ pallidæ, interdum fuſco-luteæ.

Cal. exterior polyphyllus, l. ad baſin 10-fidus; *Foliola* linearia, reflexa, hirſuta. *Interior* inæqualis, craſſus, 5-partitus; *laciniæ* 3. poſteriores longiores, erectæ, lato-ovatæ, acuminatæ, nervoſæ, rugoſæ, hirtæ.

Petala 5. inæqualia; *3. poſteriora*, erectiora; *2. anteriora* deflexa; baſi coalita, lato-lanceolata, obtuſa, craſſa, extus tomentoſa.

Filamenta ſupra medium connata, baſi petalis unita, foveolas inter petala formantia, apice libera, numeroſa, inclinata. *Antheræ* parvæ, oblongæ, fulvæ.

Germen hirſutum, ovatum, depreſſum. *Stylus* filiformis, columna ſtam. incluſus, apice 5-fidus. *Stigmata* capitata, rubra.

Capſula magna, ſubrotunda, truncata, ſulcata, hirſutiſſima, 5-locularis, 5-valvis, obtuſe 10-gona.

Semina ſubrotunda, magna, albida.

Provenit rarius in fruticetis maritimis Jamaicæ. *Floret a Junio ad Januarium. Nomen vulg.* Congo Mahoe, *quia ex Africa olim allatum dicunt Nigri.*

HIBISCUS *fraternus.* Suppl. p. 311. S. V. l. c. n. 34.

Obs. Idem ac *Hib. Sabdariffa L.* eſſe videtur.

GORDONIA. S. V. 631.

Obs. Ad Polyandriam potius referri debet.

GORDONIA *Laſianthus*, foliis ovatis planis, pedunculis elongatis, corollis ovatis, ſtylo 5-fido.

Descr.

Descr. *Arbor* humilis: *ligno* candido, molli, fragili.

Folia ovato-lanceolata, plana, ſubcoriacea, fuſco-viridia.

Pedunculi elongati.

Corollæ ovatæ, petalis craſſiuſculis.

Filamenta baſi infima coalita. *Stylus* 5-fidus.

Incolit loca uliginoſa Carolinæ Americes. *Incolis* Marſh-Laurel *audit.*

MORISONIA. S. V. 632.

Observatio.

A *Cappare* non ſatis diverſa, niſi *Calyce diphyllo & ſtaminibus ad medium coalitis.* Cappari *ferrugineæ & pulcherrimæ* præterea in omnibus valde ſimilis; Jacquinus eam etiam in *Polyandria* inſeruit, licet diſtinctum inde genus concinnavit; fructu tamen & habitu characterem Capparis conſervans, ut ſpecies ejusdem generis conſideranda erit, cujus notæ ſunt:

CAPPARIS *Moriſonia*, pedunculis ſub-5-floris, foliis oblongis coriaceis, calycibus diphyllis, fructibus baccatis corticoſis.

POLYGALA. S. V. 637.

POLYGALA *paniculata.* S. V. 638. 9. *Tab. VII. fig. II.*

Descr. *Caulis* herbaceus, $\frac{1}{3}$-1-pedalis, erectus, ramoſus, teres, glaber, ſupra medium diviſus.

Rami

Rami filiformes, erecti, folioſi, glabri.

Folia ſubſeſſilia, alterna, linearia, acuta, integra, punctulata, glabra.

Pedunculi l. racemi terminales nudi, filiformes, erecti, multiflori.

Flores minuti, purpuraſcentes, nutantes, breviſſime pedunculati.

Cal. 3-phyllus, coloratus. *Foliolum poſterius* majus, ovatum; 2 *anteriora* oblonga, acuminata.

Cor. papilionacea. *Vexillum* ex duobus petalis oblongis, obtuſis, erectis, carinam & alas tegens, antice apice connivens. *Alæ* laterales, vexillo minores, pallidæ, lanceolatæ, ſupra carinam conniventes. *Carina* vexillo minor, tecta, baſi gibba, apice 4-fida, decidua.

Filamenta 8 unita, corolla breviora, antice libera, pellucide alba. *Antheræ* oblongæ, luteæ.

Germen ovatum, compreſſiuſculum, convexum, didymum. *Stylus* craſſus, curvus (cornucopiæ inſtar). *Stigma* infundibuliforme obliquum, apice anteriori barbato, pellucidum.

Silicula oblonga, apice & baſi emarginata, compreſſa, convexa, 2-locularis, lateribus dehiſcens, 2-ſperma.

Semina ſolitaria, oblonga, convexa, fuſca, piloſa; (*lente echinata videntur.*)

Habitat in montoſis umbroſis, collibusque prope rivos Jamaicæ *&* Hiſpaniolæ. ⊙

POLYGALA *diverſifolia.* S. V. 639. n. 20.

Geniſtæ affinis, flore coluteæ, anonyma arbor, buxi folio. Sloan. jam. 141. h. 2. 32. t. 170. 2.

DESCR. *Arbuſcula.*

Rami laxi, virgati; ſubdiviſi, læves, teretes.

S *Fo-*

Folia petiolata, alterna, elliptica, acuminata, apice obtuſa, integra, utrinque glabra.

Petioli breviuſculi.

Flores axillares, conferti: *Pedunculis* axillaribus petiolis longioribus, ſquamoſis, multifloris.

Corollæ parvæ, viridi-albæ.

Cal. 3-phyllus. *Foliola* ovata, viridia, perſiſtentia; uno ſuperiori.

Corolla papilionacea, imberbis.

Vexillum e duobus petalis inferioribus, reflexis, albidis.

Alæ magnæ, ovatæ, extra vexillum & carinam, foliolis calycis conſimiles, perſiſtentes.

Carina vexillo major, concava, viridis.

Filamenta 8. connata, antice aperta, apice libera, minutiſſima. *Antheræ* minutæ.

Germen ſubrotundum, compreſſum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Silicula pedicellata, ſubrotunda, compreſſa, emarginata, 2-locularis.

Semina ſolitaria, reniformi-oblonga.

Incolit ſylvas Jamaicæ *rarius.* ♄

Obs. Cur *diverſifolia* a *Linnæo* dicta ſit, non bene ſcio; folia ubique ſimilia ſunt, elliptica, acuminata, apice obtuſo, &c.

SECURIDACA. S. V. 640.

SECURIDACA *erecta.* S. pl. R. 3. p. 392. 1.

Obs. Synonymon *Brownei (jam. 287. 1.)* non hujus, ſed ad diverſam ſpeciem ſpectat, ſeu *Securidacam virgatam (prodr. p. 104.)* Folia enim S. erectæ *oblonga, rami craſſiores, ſtrictiores erectioresque.*

PTE-

PTEROCARPUS. S. V. 641.

PTEROCARPUS *Draco.*

P. officinalis. Jacq. am. 283. t. 183. f. 92.
Moutouchi ſuberoſa. Aubl. guian. 748. t. 299.

PTEROCARPUS *Santalinus.* Suppl. 318.

Obs. Exclude *Moutouchi ſuberoſam Aubl. quæ* præcedentis.

PTEROCARPUS *Ecaſtaphyllum.* Berg. act. Stockh. 1769. 116. t. 4. bona.

Descr. *Frutex l. Arbuſcula.*

Caulis ramoſus, lævis; *ramis* patentibus, lævibus.

Ramuli inter folia flexuoſi, teretes, pubeſcentes, villoſi.

Folia petiolata, alterna, diſtiche patentia, ovata, acuminata, integra, nervoſa, pubeſcentia, ſubtus ſericea l. glauceſcentia.

Petioli breves, teretes, craſſi, pubeſcentes.

Racemi vix petiolis longiores, axillares, ſimpliciuſculi, ante floreſcentiam convoluti, *floribus* numeroſis ſecundis, breviſſime pedunculatis, albis.

Cal. tubulatus, 5-dentatus l. 2-labiatus. *Dentes 2 ſuperiores* approximati, *3 inferiores* æquales, acuti. *Calyx* extus ferrugineus, ſericeus.

Cor. papilionacea.

Vexillum ſubrotundum, integrum, ſubcompreſſum, alas tegens, venoſum.

Alæ falcatæ, carinæ contiguæ.

Carina ovata, concava, genitalia includens, baſi 2-fida, apice emarginata.

Filamenta in duo corpora (*5 in utroque*) unita, apice libera; *antheræ* minutæ, ſubrotundæ.

Germen pedicellatum, elongatum, teres. *Stylus* incurvus, adſcendens, longitudine carinæ. *Stigma* ſubcapitatum.

Legumen ſuborbiculatum, compreſſo - foliaceum, dehiſcens, 1-ſpermum. *Sem.* compreſſum, ſolitarium.

Incolit fruticeta maritima Americes meridionalis. *Floret æſtate.*

PTEROCARPUS *buxifolius.* Syſt. Veg. 642. 5.

OBS. Non eſt hujus generis, licet cum pluribus diadelphis aliquid commune habeat. Proximus *Amerimno Brownei* videtur, quoad flores fructusque; ideoque ad hoc genus illum retuli in *Prodr. p. 104.*

Hujus ſynonyma præterea ſunt:

Pterocarpus glabra. Syſt. pl. R. 3. p. 395.

Aſpalathus Ebenus. Linn. — S. V. 647. 24.

ABRUS. S. V. 641.

ABRUS *precatorius.*

Glycine ſcandens, foliis pinnatis, ſpicis nodoſis axillaribus. Brown. jam. 297. 1.

PISCIDIA. S. V. 642.

PISCIDIA *Erythrina.* S. V. l. c. 1.

DESCR. *Arbor* mediocris.

Truncus inermis. *Rami* patentes.

Folia

Folia pinnata. *Foliola* ovata, integerrima, pubeſcentia, decidua.

Racemi thyrſoidei, terminales, multiflori, ramulis decuſſatis.

Flores pedunculati, numeroſi, majuſculi, albi.

Cal. cyathiformis, 5-fidus, inæqualis, fuſco-purpuraſcens, incanus. *Laciniæ 2 ſuperiores* vix diviſæ, *3 inferiores* ovatæ, intermedia acuta.

Cor. papilionacea. *Vexillum* ſubrotundum, compreſſum, *carinam* alasque tegens, dorſo carinatum, ſub floreſcentia dilatatum, apice emarginatum. *Alæ* ovatæ, unguiculatæ, obliquæ, albæ, ſanguineo-venoſæ. *Carina* incurva, gibba, bifida, apice ſanguinea.

Filamenta 10, omnia connata, longitudine carinæ. *Antheræ* ovatæ, luteæ.

Germen pedicellatum, cultriforme, elongatum, compreſſum, ſtriatum, pubeſcens. *Stylus* incurvus, ſubulatus. *Stigma* acutum.

Legumen pedicellatum, membranaceum, compreſſum, 4-farie alatum; (*Alæ* non laterales, ſed marginales geminæ;) uniloculare, iſthmis diſtinctum. *Sem.* ſubrotunda.

Incolit colles aridos calcareos Jamaicæ. ♄
Floret Martio & Aprili ante folia.

ASPALATHUS. S. V. 646.

ASPALATHUS *Ebenus.* S. V. 647. 24.

OBS. Eſt PTEROCARPUS *buxifolius (loc. cit. 642. & obſ. in Pterocarp. vid. ſupr.)* ſed differt ab *Aſpalatho* Calyce & fructu, & a *Pterocarpo* corolla, & fructu dehiſcente: mihi vero ſpecies *Amerimni* eſſe videtur. *Prodr. p. 104.*

CROTALARIA. S. V. 649.

CROTALARIA *ſagittalis*, foliis ſimplicibus lanceolatis, ſtipulis (nec petiolis) decurrentibus ſolitariis bidentatis.

Descr. *Caulis* herbaceus, ſemipedalis & ultra, erectus, ſubdiviſus, ſtrictus, teres, pubeſcens.

Folia breviſſime petiolata, alterna, lanceolata, integra, baſi rotundata, ſubtus incana, hirſutiuſcula, interdum glabra.

Stipulæ ad latera petiolorum decurrentes, apice 2-fidæ, acutæ, quaſi ſagittatæ.

Pedunculi terminales, ſolitarii; petiolis oppoſiti, ſtricti, teretes, 2-3-flori.

Flores flavi, pedicellati.

Cal. 5-partitus. *Laciniæ* 2 poſteriores, 3 anteriores, ovato-lanceolatæ, hirſutæ.

Foliola 2-3 ad baſin calycis.

Corolla papilionacea. *Vexillum* ſubrotundum, erectum, patens, pallidum. *Alæ* ovatæ, carinam amplectentes. *Carina* baſi bifida, apice obtuſa.

Filamenta 10; 5 breviora. *Antheræ* luteæ, oblongæ, breviorum minores, ſubrotundæ.

Germen oblongum, compreſſum. *Stylus* filiformis, reflexus. *Stigma* obtuſum.

Legumen ſubſeſſile, fere cylindricum, turgidum, venoſum, pellucidum, maturum nigricans.

Semina pedicellata, 4-pla ſerie ſuturæ adfixa, reniformia, nitida.

Incolit ſabuloſa arida Jamaicæ. ⊙

CROTALARIA *incana*, S. V. 650. n. 20.

Descr. *Caulis* 2-4-pedalis, ſimpliciuſculus, erectus, pubeſcens.

Folia

Folia ternata, petiolata, elliptica, integra, nervoſa, ſubtus ſubſericea.

Petioli univerſales longi, anguloſi, horizontales, pubeſcentes; partiales breviſſimi, teretes.

Flores ſubracemoſi, viridi-lutel, majuſculi.

Pedunculi 3-4-flori, breves, axillares. *Pedicelli* pedunculis longiores. *Stipulæ* duæ ſubulatæ, ſub floribus.

Cal. 5-fidus, ſericeus.

Corolla papilionacea. *Carina* gibba, compreſſa, deflexa, acuminato-roſtrata. *Alæ* ovatæ, vexillo minores. *Vexillum* cordatum rotundatum, fauce fulvum, ſtriatum.

Filamenta 10. coalita. *Antheræ* ſimplices.

Germen oblongum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* ſimplex, acutum.

Legumen ſubſeſſile, turgido-inflatum, villoſo-pubeſcens, ſtylo perſiſtente roſtratum.

Semina oblonga.

Odor Leguminoſorum, ſed fœtidus.

Incolit ſylvoſa & fruticeta Jamaices. ☉

ARACHIS. S. V. 655.

ARACHIS *hypogæa.*

A. tetraphylla, ſiliquas infra terram recondens, ſeminibus oblongis. Brown. jam. 295.

Arachidna utriusque Indiæ &c. Sloan. cat. 78.

PHASEOLUS. S. V. 656.

PHASEOLUS *Lathyroides*, caule erecto, foliol's oblongis acuminatis, pedunculis elongatis, leguminibus tereti-ſubulatis.

Descr. *Caulis* inferne ſuffruteſcens, 1-2-pedalis, ramoſus, erectus, ſtrictus, teres, glaber, fuſcus. *Rami* ſimplices, erecti, teretes, glabri.

Folia ternata. *Foliola* oblonga, acuminata, *duo* lateralia, ſubſeſſilia, integra, venoſa, glabra, ſubtus pubeſcentia.

Petioli alterni, erecti, ſtricti, canaliculati, angulati, rubeſcentes.

Stipulæ ad baſin petiolorum, oppoſitæ, acuminatæ; aliæ ad baſin foliorum.

Pedunculi longi, faſtigiati, multiflori, teretes, pubeſcentes.

Flores ſubſpicati, alterni, plerumque gemini approximati, ſanguinei.

Cal. inæqualis, clauſus, bilabiatus. *Lab. ſup.* bidentatum, dentibus paullo brevioribus, ovatis, acutis; infer. 3-dentatum, *dentibus* ſubulatis, paullo longioribus.

Cor. papilionacea. *Vexillum* unguiculatum, ſubrotundum, emarginatum, concavum, reflexum, colore pallide rubro. *Alæ* carina adnatæ, ſubrotundæ, patentes, vexillo duplo majores, ſanguineæ. *Carina* ſpiralis, incurva, vexillum reflectens, alis recondita, albida.

Filamenta 10, ultimo libero, longitudine carinæ. *Antheræ* luteæ.

Germen teres, oblongum. *Stylus* ſubulatus, ſpiralis ſecundum carinam. *Stigma* incraſſatum, infra pubeſcens.

Legumen teretiuſculum, ſubulatum, polyſpermum.

Sem.

Sem. ſubrotunda, *iſthmis* interſtincta, brunnea.
Incolit ſabuloſa humida Jamaicæ. ⊙
Floret Decembri & Januario.

DOLICHOS. S. V. 657.

DOLICHOS *uncinatus.* S. V. l. c. 4.

Obs. Diſtinctus a genere Dolichos, *abſentia Callorum vexilli, carina minima, ſtaminibus 5 ſterilibus* &c. ſub nomine *Teramni* in *Prodr. p. 105.* exſtat: genus a *Browneo* mutuatum, charactere emendato. (*jam. 290.*)

DOLICHOS *urens.* S. V. l. c. n. 13.

Syſt. plant. R. 3. 448. 10.

Obs. Exclude ſynon. *Rheedii*, quod ad aliam ſpeciem novam, *D. altiſſimo* ſimillimam, ſpectat.

DOLICHOS *altiſſimus.* S. V. l. c. 11.

Obs. Proximus *D. urenti*, ſed differt *foliis utrinque glabris, pedunculis florum longiſſimis*, (3-12-pedalibus,) *floribus violaceis.* In aliis parum differt. Ad hunc potius quam ad D. urentem referri debet ſynonymon *Brownei:* Zoophthalmum — *B. jam. 295.*

DOLICHOS *minimus.* S. pl. R. 3. 448. 11.

D. minimus fœtidus repens. Brown. jam. 294. 7.
Obs. Exclude *Burm. Zeyl. 188. c. fig.*

DOLICHOS *enſiformis.* S. V. 659. 27.

Obs. Exclud. hujus enim ſub n. 5. mentio facta eſt.

CLITORIA. S. V. 660.

CLITORIA *virginiana.* S. V. I. c. 3.

Descr. *Caulis* herbaceus, filiformis, ſubdiviſus, ſcandens, volubilis, teres, ſtriatus, pubeſcens.

Folia petiolata, ternata: *Petioli* longiuſculi, pubeſcentes.

Foliola oblonga, acuminata, apice obtuſo, integra, nervoſa, glabra, interdum pubeſcentia. *Petioluli* breves.

Pedunculi petiolis longiores, erecti, angulati, ſtriati, hirſuti, 3-4-flori.

Flores pedicellati, exalbidi.

Cal. duplex. *Exter.* diphyllus; *Foliola* ovato-acuta, concava, carinata, pubeſcentia. *Interior* tubulatus, 2-labiatus: *dentes 2 ſuperiores* breviores, approximati; *3 inferiores* longiores acuti, *intermedia* 3-plo longiore.

Cor. papilionacea, reſupinata.

Vexillum magnum, patens, apice emarginatum, margine obtuſo, cæruleſcens, ſtriis a baſi obliquis, purpuraſcentibus notatum; poſtice fuſcum, tomentoſum.

Alæ oblongæ, obtuſæ, apice conniventes, vexillo breviores. *Carina* ſub alis, ſubrotundo-falcata, acuminata.

Filamenta 10, ultimo libero. *Antheræ* ſimplices, ſubrotundæ, albidæ.

Germen oblongum. *Stylus* adſcendens. *Stigma* obtuſum.

Legumen longum, lineare, compreſſum, 2-valve, apice ſubulato longiore.

Semina plura, oblonga, reniformia, griſea, glabra.

Habitat in fruticetis montoſis Jamaicæ.

CYTI-

CYTISUS. S. V. 666.

CYTISUS *Cajan.* S. V. l. c. n. 5.

C. fruticoſus, erectus, ramoſus, 3-phyllus, foliis ſubcinereis oblongis, vexillo variegato, ſiliqua compreſſa, ad ſemina toroſa. Brown. jam. 296.

CYTISUS *Wolgarieus.* S. V. l. c. n. 3.

C. pinnatus. Pall. Flor. Roſſ. 73. t. 47.

CYTISUS *pendulinus.* S. V. l. c. n. 13.

Cytiſus patens. l. c. n. 6.

Spartium patens. l. c. 644. n. 10. qui omnes *eadem* planta.

ÆSCHYNOMENE. S. V. 671.

ÆSCHYNOMENE *grandiflora.* S. V. l. c. 1.

Descr. *Arbuſcula* 10-15-pedalis.

Truncus erectus, inermis.

Rami ſubdiviſi, ſimpliciuſculi, patuli, teretes, folioſi, pubeſcentes.

Folia pinnata, alterna, ſparſa, pedalia. *Petioli* univerſales teretes, baſi craſſiores, glabri.

Foliola 12-18-juga, petiolata, oppoſita, oblonga, obtuſa, integra, utrinque glabra.

Petioli partiales breviſſimi.

Pedunculi axillares in axillis petiolorum univerſalium, pauciores, breves, 2-3-fidi.

Pedicelli breves, uniflori.

Corol.

Corollæ pendulæ, maximæ, albæ.

Cal. indiviſus, obtuſe 5-dentatus, ovato-globoſus, ſubventricoſus.

Cor. papilionacea, reſupinata.

Vexillum amplum, reflexum, baſi ſubcordatum, ellipticum, integrum margine undulatum.

Alæ oblongæ, falcatæ, baſi unguiculatæ, acutæ, carinæ adpreſſæ.

Carina vexillo paullo brevior, indiviſa, falcata, medio angulata, curva, apice extimo bifido.

Filamenta diadelpha, ſimplex & novemfidum; inflexa, longitudine & ſitu carinæ. *Antheræ* ſimplices, erectæ, luteæ.

Germen oblongum. *Stylus* adſcendens. *Stigma* obtuſum.

Legumen longiſſimum (2-*pedale*) lineare, compreſſum, 2-valve, ſeminibus *iſthmis* interceptis membranaceis. *Sem.* ſubrotunda.

Hoſpitatur in hortis Jamaicenſium. ♄

Appellatur Pois du Duc de Choiſeul.

Semina avibus domeſticis grata.

ÆSCHYNOMENE *americana.* S. V. l. c. n. 5.

Æ. procumbens, foliolis pinnatis minutis, ramulis tenuiſſimis. Brown. jam. 295.

Descr. *Caulis* 1-2-pedalis & ultra, ſubdiviſus, erectus l. decumbens, teres, hirſutiuſculus.

Rami filiformes, patuli, teretes, ſtriati, hirſuti.

Hirſuties baſi ferruginea.

Folia pinnata, alterna.

Foliola ſeſſilia, alterna, minuta, falcata, ſerrulata, ſubtus 3-nervia, utrinque glabra.

Petioli baſi craſſiores, teretes, hirſuti.

Sti-

Stipulæ infra & ſupra petiolum falcatæ, oppoſitæ, acuminatæ, hirſutiuſculæ.

Pedunculi foliis longiores, axillares, ſolitarii, erecti.

Flores pedicellati, alterni, albidi l. fuſco-lutei.

Bracteæ ſeſſiles, ovato-acuminatæ, ſerratæ, ſtriatæ, margine hirſutæ.

Cal. 2-labiatus. *Lab. ſuperius* apice ſerratum l. obtuſe 3-dentatum, margine pubeſcens. *Lab. inferius* 3-dentatum.

Cor. papilionacea. *Vexillum* ſubrotundo-cordatum, ſtriatum, vix dehiſcens. *Alæ* breviores, obovatæ. *Carina* ovata, falcata, erecta, baſi 2-fida.

Stam. diadelpha, minima.

Germen teretiuſculum, pubeſcens. *Stylus* adſcendens. *Stigma* obtuſum.

Legumen ſuberectum, pendulum, marginatum, uno latere interceptum, rugoſum, pubeſcens, 6-ſpermum, articulis diſcedens. *Sem.* oblonga.

Incolit prata arida Jamaicæ auſtralis. ⊙

Planta ſubſenſitiva: inſtante pluvia & nocte folia complicantur.

HEDYSARUM. S. V. 672.

HEDYSARUM *diphyllum.* S. V. 673. 17.

Descr. *Radix* craſſiuſcula, ſimplex.

Caulis l. Caules herbacei, procumbentes, filiformes, teretes, glabri.

Folia petiolata, binata, alterna.

Petioli ſtricti, horizontales, diſtantes, teretes, glabri.

Foliola breviſſime petiolata, oblonga, acuta, integra, nervoſa, glabra, ſubtus pubeſcentia.

Sti-

Stipulæ oppoſitæ ad latera baſeos petiolorum, oblique ovatæ, acuminatæ.

Pedunculi axillares, terminales, foliis longiores, erecti, ſtricti, multiflori.

Flores alterni, breviſſime pedicellati, inter bracteas oppoſitas medio adfixas ovatas, baſi & apice acuminatas.

Corollæ luteæ l. purpureæ.

Cal. inæqualis 5-fidus. *Laciniæ 2 poſteriores* conniventes. *Duæ laterales* minores, rotundatæ, infima acuta, longior.

Cor. papilionacea. *Vexillum* ſubrotundum, vix dehiſcens, venoſum, purpuraſcens. *Alæ* oblongæ, rotundatæ, vexillo minora. *Carina* incurva, acuminata.

Filamenta 10, unita, longitudine carinæ. *Antheræ* conniventes, fulvæ.

Germen oblongum, membrana tectum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* ſimplex, acutum.

Legumen articulatum, bracteis paullo longius, erectum. *Articuli* ſubrotundi, compreſſi, echinati, 1-ſpermi.

Semina ſubrotunda, compreſſa.

Incolit arida ſabuloſa Jamaicæ. ⊙

HEDYSARUM *caneſcens.* S. pl. R. 3. 506. 24.

OBS. Exclude ſynonymon *Brownei (jam. 301. 7.)* quod ad *Hedyſarum trigonum (prodr. p. 107.)* pertinet; & *Sloanei (h. 1. 185. t. 118. f. 2.)* ad *H. ſupinum (prodr. p. 106.)* referendum.

HEDYSARUM *hamatum.* S. V. 674. n. 37.

OBS. Non eſt hujus generis, ſed diſtincti, ſeu *Styloſanthis. (Prodr. p. 108.)* Ab omnibus Diadel-

delphis diverſiſſimum eſt *Calyce corollifero tubulato, germine infero*, eodem fere modo ac Oenotheræ. Illa, quam pro varietate α habet Linnæus, mihi eſt *Styloſanthes procumbens*: & altera β. ſpecie diverſa *f. S. viſcoſa. (Prodr. loc. cit.)*

HEDYSARUM *barbatum*. S. V. l. c. n. 39.

Descr. *Caulis* procumbens; 3-5-pollicaris, ramoſus, teres, baſi ſuffruteſcens, lævis.

Rami procumbentes, ſimpliciuſculi, breves, teretes, pubeſcentes.

Folia petiolata, ternata.

Petioli alterni, baſi craſſiores, filiformes, breves, tereti-plani, glabri.

Foliola obovata, petiolata, intermedio duplo majore, integra, ſupra glauceſcentia, ſubtus incana.

Setulæ breviſſimæ, in apice foliorum.

Stipulæ oppoſitæ, ad baſin petiolorum, ſeſſiles, lanceolatæ, acutæ.

Flores terminales, ſubſpicati, comoſi.

Pedunculi longi, 2. approximati, filiformes, floribus nutantibus, pallide cæruleis.

Cal. ſub-2-labiatus. *Laciniæ duæ ſuperiores* approximatæ, apicibus linearibus, hirſutis: *tres inferiores* diſtantes, ad baſin partitæ, lanceolatæ, hirſutæ, unde lata ſpica hirſuta.

Cor. papilionacea. *Vexillum* baſi compreſſum, ſuperne patens, ſubrotundum. *Alæ* lanceolatæ, obtuſæ. *Carina* ovata, obtuſa, incurva, patens. *Corolla* deflorente, calyce inflectitur.

Filamenta 10. ultimo libero. *Antheræ* minutæ, luteæ.

Germen tereti-compreſſum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

Legu-

Legumen articulatum, lanceolatum, compreſſum, varie flexum, incurvum. *Articuli* ſubrotundi, glabri. *Sem.* ſubrotunda, compreſſa.

Incolit ſabuloſa arida Jamaicæ.

HEDYSARUM *triflorum.* S. V. l. c. n. 38. *Tab. VI. fig.* 1.

Descr. *Radices* ſimplices, longæ.

Caules procumbentes, filiformes, conferti, oculo armato trigoni, ſubdiviſi, pubeſcentes. *Ramuli* aſſurgentes, breviſſimi.

Folia petiolata, 3-nata, alterna.

Petioli breves. *Stipulæ* oppoſitæ, acuminatæ, membranaceæ, ad baſin petiolorum.

Foliola ſubrotunda, obcordata l. paullum emarginata, parva, nervoſa, reticulata, ſupra glabra, ſubtus glauca.

Pedunculi terminales in ramulis, petiolis oppoſiti, ſimplices, ſubſolitarii, longitudine petiolorum, filiformes, uniflori.

Flores minuti, coccinei.

Cal. 2-labiatus. *Laciniæ* 3. *poſteriores* lineares, contiguæ, acutiores; 2. *anteriores* diſtantes, lanceolatæ.

Cor. papilionacea. *Vexillum* ſubrotundo-cordatum, patens, reflexum, pallidum. *Alæ & Carina* vexillo breviores, approximatæ, coccineæ.

Filamenta diadelpha: cylindro longo, carinam ſuperante. *Stylus* inter ſtamina incluſus.

Legumen parvum, pedunculatum, compreſſum, membranaceum, antice crenatum, 3-4-ſpermum.

Semina ſubrotunda, minuta.

Habitat in aridis campis & graminoſis Indiæ occidentalis. ♃

Evigilat hora X. a. m. Obdormiſcit IV. p. m.

Obs.

Obs. Ab Indica orientali diſtingui non poteſt; pedunculi ſolitarii, bini l. 3-ni rarius.

HEDYSARUM *gyrans.* Suppl. p. 332.

Descr. floris. *Racemi* terminales, axillares, ſimpliciuſculi, multiflori, longi, aphylli, pubeſcentes.

Flores nutantes, pallide brunnei.

Bracteæ ſolitariæ, membranaceæ, cordatæ ſub floribus, deciduæ.

Cal. 1-phyllus, erectus, 2-labiatus. *Lab. ſup.* 3-fidum, inferius 2-dentatum, *dentibus* minoribus contiguis.

Cor. papilionacea.

Vexillum majuſculum, ſubrotundum, integrum, unguiculatum, bruuncum, ſtriis fuſcis.

Alæ margine ſuperiore carina connexæ, baſi unguiculatæ, bruneæ.

Carina alis longior, baſi & apice 2-fida, compreſſa, ferruginea.

Filamenta diadelpha, decimo libero.

Germen teretiuſculum, pubeſcens. *Stylus* ſubulatus, brevis. *Stigma* acutum.

Legumen brevius pedicellatum, compreſſum, dorſo canaliculatum, antice crenatum, dehiſcens, 5-6-ſpermum.

Semina reniformia, oblonga, nigra, griſea.

Hoſpitatur in hortis Jamaicenſium, ☉, *luxurianter creſcens, florensque.*

Motus irregularis, interdum omnino ceſſans; ſub die calidiſſima immobilis, veſpere, licet lente, agitans.

INDIGOFERA. S. V. 677.

INDIGOFERA *Anil.* S. V. 678. 20.

Indigofera aſſurgens ſubvilloſa & ſubcinerea; ramulis craſſioribus, ſiliquis arcuatis brevioribus, reflexo-patentibus. Brown. jam. 302. 3.

Colutea fruticoſa, argentea — Sloan. h. 2. 37. t. 176. f. 3.

INDIGOFERA *tinctoria.* S. V. 678. 21.

I. decompoſita, diffuſa, minor & humilior, ramis gracilibus. Brown. jam. 302. 1.

Coluteæ affinis fruticoſa — Sloan. h. 2. 34. t. 179. f. 2.

INDIGOFERA *argentea.* S. pl. R. 3. 521. 14.

Obs. Exclude ſynonym. *Sloanei. Vid. ſupra.*

TRIFOLIUM. S. V. 687.

TRIFOLIUM *biflorum.* S. V. 690. n. 45.

Obs. Eſt ſpecies generis Stylosanthes *(prodr. p. 108.)* cujus monographia in *Act. Stockholm. 1789. p. 295. ſequ.* invenitur; nec non deſcriptio *Trifolii biflori*, ſub nomine Styloſanthis elatioris, *foliis lanceolatis acutis glabris, ſpicis paucifloris, vaginis foliolis ciliatis; caule erecto. Act. Stockh. 1789. p. 300. Tab. IX. f. 3.* —

Occurrit in ſiccis *Virginiæ* & *Canadæ.*

ME-

MEDICAGO. S. V. 692.

MEDICAGO *lupulina.*

Obs. Vulgaris in campis *Novæ Angliæ*, cum pluribus plantis Europæis in America ſeptentrionali indigenis.

THEOBROMA. S. V. 696.

THEOBROMA *Cacao.* S. V. 696. 1.

Theobroma 2-3. Brown. jam. 306.

Variat fructu ovato-acuminato & ſubrotundo.

THEOBROMA *Guazuma.* S. V. l. c. 2.

T. foliis oblongo-cordatis ſerratis ab altero latere majoribus; fructu minore ſcabro. Brown. jam. 306. 1. Trew. Ehret. 40. t. 76.

Descr. *Floris.*

Calyx 4-phyllus. *Foliola* ovata, concava, deflexa.

Cor. *Petala* 5. concavo-galeata, fuſco-lutea, 5-nervia, pubeſcentia, apice 2-fida. *Ariſtæ* l. ſetæ lanceolatæ, diviſuris petalorum inſertæ, petalis longiores, erectæ, purpureæ.

Nectarium cyathiforme, petalis minus, piſtillum includens, 5-gonum, 5-dentatum.

Filamenta 5. baſi nectarii inſerta, longitudine ejusdem, a medio trifida, ſub petalis fornicatis recondita. *Antheræ* 3 (∴) deflexæ, ſimplices.

Germen ſuperum, ovatum, apice aſperum, (lente echinatum.) *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* 5-fidum.

Fructus durus, undique tuberculis ſcaber, cortice perforato, cribriformi, 5-locularis.

Semina ovata, inæqualia.

Jamaicæ vulgo appellatur Baſtard-Cedar.

Hiſpaniolæ: Bois d'Orme.

Decoctum Corticis interioris glutinoſum, Ulmi ſimillimum, in Elephantiaſi Nigrorum præſtans dicitur.

CITRUS. S. V. 697.

CITRUS *Medica.*

C. fructu ovato acido, ſuperficie inæquali. Brown. jam. 308. 3.

Limo arbor — Sloan. jam. 209.

CITRUS b. *Limon.*

C. fructu ſphærico ovato punctato lævi minori, acido. Brown. jam. 308. 1.

Malus aurantia, fructu limonis puſillo. Sloan. jam. 211.

CITRUS *Aurantium.*

C. fructu ſphærico punctato, croceo, dulci, petiolis alatis. Brown. jam. 309. 7.

CITRUS *decumana.*

C. fructu ſphærico obovato maximo, cortice æquali, veſiculato, pallide luteo. Brown. l. c. n. 8.

SYM-

SYMPLOCOS. S. V. 699.

Character eſſentialis correctus.

Cal. ſuperus, quinquefidus. *Petala* 5-8, baſi erecta. *Stamina* 4-plici ſerie tubo corollæ adnata. *Fructus* 5-locularis.

Character naturalis.

CAL. *Perianthium* ſuperum, monophyllum, 5-fidum. *Laciniæ* ovatæ, incumbentes, ciliatæ, perſiſtentes. *Foliola* (l. *bracteæ*) aliquot, baſi calycis adpreſſa, concava.

COR. *Petala* 5 l. 8, baſi leviter connata, tubum mentientia. *Limbus* patens. *Laciniæ* æquales, ſimplici l. duplici ſerie, oblongæ, integræ, reflexæ.

STAM. *Filamenta* plurima, 4-plici ſerie corollæ ad medium adnata, tubum formantia, latiuſcula, apice ſubulata. *Antheræ* ſubrotundæ, 4-loculares, erectæ, terminales.

PIST. *Germen* inferum, (fundo calycis inſidens,) oblongum. *Stylus* craſſus, longitudine filamentorum. *Stigma* capitatum, 5-lobum.

PER. *Fructus (Drupa?)* ſiccus, durus, oblongus, apice calyce perſiſtenti clauſus, baſi anguſtior, 5-locularis.

SEM. oblonga, plura.

Obs. Character ex duabus ſpeciebus, *S. martinicenſi* *) (*Jacq. am. 166.*) & *S. octopetala* (*prodr. p. 109.*) concinnatus. Ill. Jacquin ſuam (quæ omnino hujus generis) absque fructu deſcripſit, qui drupæ valde ſimilis eſt, immaturus tantum mihi viſus. Calyx in flore inferus videtur, germine fundo immerſo, ſuperus vero evadit, fructum coronans. Hopeæ proxima eſt *Symplocos*, ſed certe diverſa; Alstoniæ autem nimium affinis. (Vid. *obſ. in Aſtoniam.*)

ASCYRON. S. V. 628.

ASCYRON *Hypericoides.*

Descr. *Fruticulus* bipedalis; cortice brunneo.

Rami dichotomi, *ramulis* compreſſis ancipitibus.

Folia oppoſita, ſubſeſſilia, lanceolato-obtuſa, integra, ſubtiliſſime perforata, glabra.

Glandulæ ad baſin foliorum, minimæ.

Flores terminales, pedunculati, ſolitarii, lutei.

Cal. 4-phyllus, *Foliola* 2. 4-plo majora, altera includentia, cordata, obtuſa, glabra. *Duo minora*, linearia, parva, perſiſtentia.

Petala 4 oppoſita, cruciata, magnitudine foliorum majorum calycis, patentia.

Filamenta polyandra, libera, erecta, germen cingentia, longitudine petalorum.

Germen oblongum, acutum, compreſſum. *Styli* 2, breviſſimi. *Stigmata* obtuſa.

Capſula oblonga, compreſſa, calyce marceſcente tecta, 1-locularis, 2-valvis, polyſperma.

Semina ſubrotunda, plurima, diſſepimentis valvulæ adfixa.

Inco-

*) Hujus icon vid. Tab. noſtr. VII. f. 1 —

Incolit montes frigidiores Jamaicæ. ♄ *Nov. Decembri florens.*

LEONTODON. S.V.715.

LEONTODON *tomentoſum.* Suppl. 347. S. V. l. c. n. 10.

Obs. Minime hujus generis, ſed *Tuſſilaginis*; quod indicant *Flores radiati*, (nec ſemifloſculoſi,) *perfecte Polygamiæ ſuperfluæ, pappus ſtipitatus* & *habitus.* Eſtque:

TUSSILAGO *albicans.* Prodr. p. 113.

HIERACIUM. S.V.716.

HIERACIUM *pumilum.* S. V. l. c. n. 2.

Obs. Crepis *pygmæa*, annuente *Cel.* Gouan *illuſtr. p.* 57., & omnino conveniunt.

HIERACIUM *alpeſtre.* S. V. 716. 5.

Picris ſaxatilis. Allion. ped. 766. t. 14. f. 4.

HYPOCHOERIS. S.V.721.

HYPOCHOERIS *helvetica.* S. V. l. c. 1.

H. uniflora. Allion. ped. 850. t. 32. f. 1.

CARDUUS. S. V. 727.

CARDUUS *rivularis.* S. V. 727. n. 36.

Cirſium Carniolicum. Allion. ped. p. 543.

BIDENS. S. V. 732.

BIDENS *piloſa.* S. V. l. c. n. 7.

Chryſanthemum aquaticum cannabis folio 3-partito. Sloan. h. 1. 19.

Obs. Variat in agris *Americæ calidioris*, quas infeſtat, *floribus floſculoſis* & *radiatis.* Radiata vix a *Coreopſide leucantha* diverſa. Radius ſæpe longitudine diſci, diſcolor.

BIDENS *nivea*, foliis ſimplicibus cordato-ovatis acuminatis ſerratis, ramis trichotomis, floribus hemiſphæricis, pedunculis elongatis.

Descr. *Caulis* bipedalis, ramoſiſſimus, obtuſe 4-gonus, erectus, ſcabriuſculus.

Rami oppoſiti, decuſſati, patuli, 4-goni, ſcabri.

Folia petiolata, oppoſita, cordato-ovata, acuminata, ſerrata, nervoſa, rugoſo-ſcabra.

Petioli longiuſculi.

Rami terminales 3-chotomi, elongati, *pedunculis* ultimis longioribus, floribus ſolitariis hemiſphæricis, albis.

Floſculi numeroſi, Polygamiæ æqualis.

Cal. communis imbricatus. *Squamæ* ovatæ, convexæ, pubeſcentes, *paleis* floſculorum breviores.

Cor.

Cor. compoſita uniformis. *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales, plurimæ. *Tubus* infundibuliformis. *Limbus* 5-fidus, erectus.

Filamenta Syngeneſiæ, tubi longitudine. *Antheræ* cæruleſcentes.

Germen oblongum. *Stylus* 2-fidus. *Stigmata* recurvata, acuta.

Per. Cal. immutatus. *Sem.* oblonga, baſi acuminata, apice truncata, 4-gona; *ſetis* tribus breviſſimis coronata.

Rec. paleaceum. *Paleæ* oblongæ, acutæ, membranaceæ, compreſſæ, calyce longiores, poſt floreſcentiam rigidæ, patulæ.

Incolit culta graminoſa elevata, nec non maritima Jamaicæ auſtralis. ♃

BIDENS *ſcandens*, foliis oppoſitis ovatis acuminatis ſerratis; caule ſcandente fruticoſo; pedunculis paniculatis, floribus ovatis.

B. ſuffruticoſus, vimineus; foliis oblongo-ovatis oppoſitis, flor. cymoſis. Brown. jam. 317. 2.

Descr. *Caulis* fruticoſus, ſubſcandens, vimineus, ramoſus, ſcabriuſculus, teres. *Rami* longi, divaricati, teretes.

Folia petiolata, oppoſita, ovato-lanceolata, acuminata, baſi ſubangulata, ſerrata, nervoſa, rugoſa, obſcure viridia, utrinque glabra. *Nervi* ſubtus ſubvilloſi.

Pedunculi terminales, oppoſiti, decuſſati, breviuſculi, ſub-3-flori, *floribus* pedunculatis, albis, ovatis ſ. conicis.

Cal. commun. imbricatus, conicus. *Squamæ* ovatæ, acutæ, minutæ.

Cor. uniformis. *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales, inſundibuliformes, 5-ſidæ. *Laciniæ* recurvæ. *Antheræ* tubo longiores, nigræ. *Pollen* fulvum. *Stylus* 2-fidus. *Stigmata* longitudine ſtaminum luteſcentia.

Cal. immutatus. *Semina* cuneiformia, oblonga, apice 2-ariſtata.

Recept. paleaceum. *Paleæ* apice fornicatæ, floſculos includentes, dorſo carinatæ.

Incolit montes frigidiores Jamaicæ.

CACALIA. S. V. 733.

CACALIA *Porophyllum.* S. V. l. c. 14.

Obs. Hæc una cum *C. ruderali*, *(Prodr. p. 110.)* ab hoc genere habitu & Calyce ſubturbinato diverſa; aliæ vero notæ genericæ non inveniuntur quibus a *Cacalia* ſeparentur.

ETHULIA. S. V. 734.

ETHULIA *Sparganophora.* S. V. l. c. n. 2.

Obs. Synonymon *Brownei* olim huic adjunctum, diſtinctæ eſt ſpeciei *E. Struchii (prodr. p. 111.)*

EUPATORIUM S. V. 735.

EUPATORIUM *Dalea.* S. V. l. c. n. 1.

Critonia. Brown. jam. 314. (ubi per errorem *Dalea* appellata eſt; cfr. p. 490.) t. 34. f. 1. bona.

Descr. *Frutex* orgyialis.

Cau-

Caulis ramoſus, lævis. *Rami* longi, laxiores.

Folia petiolata, decuſſato-oppoſita, lato-lanceolata, 4-ſ. 5-pollicaria, ſerrata, venoſa, utrinque glabra, nitida. *Petioli* mediocres.

Corymbi terminales: *ramulis* oppoſitis decuſſatis ſubfaſtigiatis, iterum diviſis, 2-3-partitis, ultimis 3-4-floris. *Flores* albidi.

Cal. commun. 6-8-phyllus, conicus, imbricatus, parvus.

Corollulæ plerumque 4, rarius 3, hermaphroditæ. *Stylus* longus. *Stigmata* reflexa, cirroſa.

Cal. immutatus. *Semina* conico-cordata, *pappo* plumoſo coronata.

Recept. nudum, minimum.

Obs. Peculiare ob odorem gratiſſimum totius plantæ, florum foliorumque per plures annos permanentem, licet herba ſiccetur. Non confundendum cum *E. parviſloro (prodr. p. 111.)* huic ſimillimo, in iisdem locis multo vulgatiori, quod autem *foliis oblongis, floribus minoribus, calycibus conſtanter 3-floris, & planta fere inodora, diverſum.*

EUPATORIUM *haſtatum.* S. V. 736. 11.

Kleinia. Brown. jam. 316. t. 34. f. 3.

Descr. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, volubilis, ramoſus, ſtriatus, pubeſcens.

Rami divergentes, ſtriati, pubeſcentes.

Folia petiolata, oppoſita, ſubcordato-haſtata, dentato-glabra. *Petioli* pubeſceutes.

Racemi axillares, oppoſiti.

Flores verticillato-ſpicati, *(4 in verticillo)* albi.

Cal. commun. 4-phyllus. *Foliola* lanceolato-ovata, convexa.

Cor.

Cor. uniformis. *Corollulæ* 4. hermaphroditæ, infundibuliformes, *limbo* 5-fido.

Stam. minutiſſima. *Stylus* longior, apice 2-fidus.

Semina oblonga. *Pappus* ſetoſus, ſetis minutiſſime ſerratis. *Receptaculum* nudum.

Incolit fruticeta montium Jamaicæ.

Odor florum Cacaliæ ſuaveolentis.

Sapor totius herbæ amarus.

EUPATORIUM *Houſtonis.* S. V. l. c. n. 4.

Descr. *Caulis* fruticoſus, volubilis, divaricatiſſimus, teres, glaber.

Rami ſcandentes, læves.

Folia petiolata, ovata, acuminata, oppoſita, integerrima, nervoſa, nitida.

Racemi divaricatiſſimi, horizontales, oppoſiti, multiflori; *floribus* minutis, albis.

Cal. commun. 4-phyllus. *Foliola* minuta, lanceolata.

Cor. uniformis. *Corollulæ* 4. minutæ, hermaphroditæ, *limbo* 5-fido.

Stam. minuta. *Stylus* longus, 2-fidus.

Semina oblonga, ſtriata. *Pappus* pilofus, ſerratus. *Recept.* nudum.

Habitat in fruticetis Jamaicæ *rarius.* ♄

Flores inodori.

EUPATORIUM *odoratum.* S. V. 736. n. 23.

Descr. *Caulis* orgyialis, fruticoſus, ramoſus, lævis.

Rami ſubdiviſi, divergentes, læves. *Ramuli* oppoſiti, longiſſimi, glabri.

Folia

Folia oppoſita, petiolata, ovato-deltoidea, ſerrata, 3-nervia, punctata, pubeſcentia. *Petioli* longiores, pubeſcentes, teretes.

Flores terminales, ſubcorymboſi, albi: ramulis ultimis 2-3-floris.

Cal. comm. oblongus, cylindricus, imbricatus.

Squamæ oblongæ, virides, margine membranaceæ, albidæ.

Corollulæ plures, hermaphroditæ, calyce longiores, 5-fidæ.

Stylus longiſſimus, 2-fidus. *Stigmata* apice latiora.

Semina linearia, ſubcompreſſa; *pappo* piloſo. *Recept.* nudum.

Incolit ruderata Jamaicæ. ♄

EUPATORIUM *Ivæfolium.* S. V. l. c. 24.

Descr. *Caulis* ſubherbaceus, 2-pedalis, erectus, ſtrictus, ramoſus, hiſpidus.

Rami ſimplices, elongati.

Folia petiolata, oppoſita, lineari-lanceolata, ſerrata, 3-nervia, ſcabriuſcula.

Folia inferiora lanceolata, longiora, patentia.

Pedunculi terminales & in axillis ſuperiorum foliorum oppoſiti, filiformes, plerumque trichotomi, ultimi uniflori.

Flores parvi, cærulei; cætera præcedentis.

Habitat paſſim in cultis Jamaicæ.

AGERATUM. S. V. 737.

AGERATUM *Conyzoides.* S. V. l. c. 1.

Conyza urticæ folio. Sloan. h. 1. 218. t. 152. f. 2.

Eupatorium amer. nepetæ folio latiori, floribus brevioribus. Br. pr. 2dr.

CA-

CONYZA *odorata.* S. V. 753. n. 18. S. pl. R. 3. 775. 17.

Obs. Exclude ſynonyma *Browne*i (*jam.* 318. 1.) & *Sloanei* (*h.* 1. 258. *t.* 252. *f.* 1.) quæ ambo ad *C. purpuraſcentem* (*prodr. p.* 112.) referenda.

CONYZA *arboreſcens.* S. V. 753. n. 21.

Descr. *Frutex.*

Caulis ramoſus, depreſſus, ſcaber.

Rami divaricati, ſubdiviſi, deflexi, divergentes, villoſi, *hirſutie* nigricante.

Folia petiolata, alterna, lato-lanceolata, integra, nervoſa, rugoſa, pubeſcentia, ſubtus tomentoſo-hirſuta.

Racemi terminales & axillares, erecti, *floribus* ſubſeſſilibus, ſecundis, alternis, pallide purpureis.

Cal. communis imbricatus, ovatus. *Squamæ* plurimæ, acutæ, adpreſſæ, pubeſcentes.

Cor. uniformis. *Corollulæ* 12. hermaphroditæ, radii paullo altiores, (*ut flos radiatus quaſi videatur*) infundibuliformes, 5-fidæ.

Antheræ ſupra limbum elongatæ, luteæ.

Stylus longus, bifidus. *Stigmata* revoluta.

Semina oblonga, *pappo* copioſo, albo, piloſo. *Receptaculum* nudum.

Habitat in montibus altioribus Jamaicæ. ♄

CONYZA *lobata.* S. V. 752. 10.

Obs. Eſt ſpecies Caleæ (*prodr. p.* 113.) cujus ſynonymon eſt:

Santolina erecta, ſubhirſuta, foliis ſerratis, haſtatis l. ſimplicibus & utrinque porrectis, flor. comoſis. Brown. jam. 315. 2.

CO-

CONYZA *fruticoſa*. S. pl. R. 3. 776. 22.

Obs. Exclude ſynon. *Plumieri* (*ſp. 9. ic. 95. f. 1.*)

TUSSILAGO. S. V. 755.

TUSSILAGO *nutans*. S. V. l. c. n. 3.

Descr. *Planta* ſubpedalis, acaulis.

Folia radicalia, petiolata, cuneata, lyrata, obtuſa, interdum ovata, profunde tantum dentata, medio inciſa, ſenſim ad baſin attenuata, ſubtus albo-tomentoſa.

Scapus longus, ſimplex, ſubtomentoſus, uniflorus, ebracteatus.

Flos tempore floreſcentiæ nutans, ſolitarius.

Cal. imbricatus; *ſquamis* lanceolato-ovatis, margine membranaceis, baſi tomentoſis.

Cor. compoſita, radiata. *Corollulæ* hermaphroditæ in diſco, infundibuliformes, 5-fidæ, albæ.

Femineæ radii ligulatæ, calyce longiores, lineares, bifidæ, purpureæ.

Stylus bifidus. *Stigmata* reflexa.

Semina oblonga, angulata: *pappo* piloſo, ſtipitato.

Receptaculum nudum.

Incolit culta & graminoſa Jamaicæ. ⊙.

ERIGERON. S. V. 753.

ERIGERON *jamaicenſe*. S. V. 754. n. 8. *Tab. VIII. f.* 2.

Descr. *Radix* ſimpliciuſcula l. ſubdiviſa, deſcendens.

Folia radicalia lanceolato-cuneiformia, ſubſeſſilia, apice rotundata, ſuperne ſerraturis diſtantibus utrinque duabus, l. rarius tribus.

Caules erecti l. adſcendentes, ſæpe ſpithamæi, filiformes, pubeſcentes, ſimpliciuſculi.

Folia caulina alterna, diſtantia, lanceolata, acuta, parva, ſubintegra.

Flores ſubſolitarii, terminales, pedunculati, albidi.

Cal. comm. ſimplex, vix imbricatus, oblongus; *ſquamis* ſubulatis ſubæqualibus, erectis, margine membranaceis.

Corolla radiata. *Corollulæ hermaphr.* in diſco plurimæ, 5-fidæ; *ſemineæ* ligulatæ in radio lineares, integerrimæ.

Stylus hermaphr. filiformis pappo cinctus. *Stigmata* duo. *Femineis* minor.

Semina lineari-oblonga.

Pappus piloſus, longus, oculo armato ſerratus, brunneus. *Rec.* verrucoſum. *Calyx* patens.

Habitat in agris, cultis Jamaicæ.

SOLIDAGO. S. V. 763.

SOLIDAGO *mexicana.* S. pl. R. 3. 816. 8.

Obs. Exclude ſynonym. *Tournefortii*, *Plukenetii* & *Dodartii.*

CINERARIA. S. V. 764.

CINERARIA *integrifolia* α. *alpina.* S. V. l. c. n. 8.

Obs. Eſt Cineraria alpina. *Allion. ped. p.* 738. *t.* 38. *f.* 2.

AR-

ARNICA. S. V. 768.

ARNICA *Doronicum.* S. V. l. c. 4.

Obs. Eſt Arnica Cluſii. *All. ped. 745. t. 17. f. 1, 2.*

PERDICIUM. S. V. 769.

PERDICIUM *radiale.* S. V. l. c. n. 2.

Pulmonaria jamaicenſis, ſalicis folio, calycibus paleaceis. Petiv. Sloan. h. 1. p. 253. Raj. ſuppl. 142.

PECTIS. S. V. 771.

PECTIS *ciliaris*, foliis linearibus ſemiamplexicaulibus, baſi ciliatis.

Hieracium minimum, longis integris & argenteis foliis. Sloan. cat. 123. h. 1. p. 255.

Descr. *Radix* ramoſa, radiculis filiformibus.

Caulis herbaceus, ſemipedalis, ramoſus, dichotomus, diffuſus, teres, glaber.

Ramuli ſparſi, diffuſi, teretes, patuli, rubri.

Folia oppoſita, ſeſſilia, baſi ſemiamplexicaulia, linearia, acuminata, baſi dentato-ciliata, ad marginem quaſi perforata, lente membranaceo-ſerrata, enervia, glabra.

Pori pellucidi.

Pedunculi terminales l. in dichotomia ramulorum, erecti, ſolitarii, filiformes, uniflori.

Flores pedunculati, parvi, lutei.

Cal. commun. 5-ſulcatus, 5-phyllus. *Foliolis* erectis, lanceolatis, concavis, acutis, conniventibus, calycem 5-gonum, 5-dentatum formantibus.

Cor. radiata. *Corollulæ hermaphrod.* 5 in diſco, tubuloſæ, 5-dentatæ; *femineæ* 5 radii, ligulatæ, lanceolatæ, acutæ, patentes, luteæ.

Filamenta hermaphr. infra limbum coalita.

Stylus hermaphr. corolla longior, *ſtigmate* emarginato. *Femineus* 2-partitus. *Stigmata* reflexa.

Per. calyx dilatatus. *Sem.* hermaphr. & femin. linearia, ſtriata, nigra; diſci ſetis 5, radii ſetis duabus coronata.

Pappus nullus, ſed margo membranaceus, lacerus.

Recept. minimum, nudum.

Folia trita ſuaviter olent Saturejæ inſtar. Recentia cum pane manducantur.

Incolit arida Hiſpaniolæ. ⊙ *Floret Junio.*

PECTIS *punctata*, foliis linearibus ſeſſilibus, ſubtus punctatis.

Descr. *Caulis* herbaceus, pedalis & ultra, anguloſus, ramoſus, glaber.

Rami oppoſiti, erecti, axillares.

Folia oppoſita, ſeſſilia, erecta, linearia, acuta, longa, ſubintegra, margine ſubconvexa, baſi ciliis paucis rubris obſita, ſubtus punctata: poris pellucidis.

Pedunculi terminales, erecti, ſolitarii, uniflori.

Cal. commun. 4-5-phyllus. *Foliolis* conniventibus linearibus, erectis.

Cor. ut in præcedente. *Corollulæ hermaphr.* diſci 4, 5; *limbo* 4-5-fido.

Stylus apice 2-fidus. *Stigmata* obtuſa.

Femi-

Femineæ: radii 4-5, ligulatæ, apice 3-dentatæ, luteæ.

Stylus ad medium 2-fidus. *Stigmata* reflexa.

Semina linearia, ſtriata: *pappo* 3-ſeto, ſubulato.

Recept. nudum.

Occurrit in ſabuloſis maritimis Hiſpaniolæ. ⊙

PECTIS *linifolia.*

Rapunculus jamaicenſis, folio tenuiſſimo. Petiv.

ANTHEMIS. S. V. 776.

ANTHEMIS *auſtriaca.* S. V. l. c. 10.

Obs. Eſt Chamæmelum Triumfetti. *Allion. ped.* 680.

ANTHEMIS *americana.* S. V. l. c. 16.

Obs. Forte eadem ac *Verbeſina mutica* (vid. infra.)

COTULA. S. V. 774.

COTULA *Verbeſina.* S. V. 775. n. 10.

Obs. Diverſiſſima a *Cotula, floribus omnibus hermaphroditis, ſeminibus ariſtatis* &c. Eſt vero ſpecies Laveniæ *(prodr. p. 112.)*, generis ab hac planta & *Verbeſina Lavenia* L. concinnati. *(Vid. infr. obſ. in Verbeſinam.)*

AMELLUS. S. V. 778.

AMELLUS *umbellatus.* S. V. l. c. 2.

Solidago 1 — Brown. jam. 320. t. 33. f. 2. bona.

Hieracium foliis latis leviter dentatis ſubtus niveis. Herb. Sloan.

Descr. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, erectus, ſimplex, teres, lanuginoſus, incanus.

Folia initio radicalia (dein caulis inferne nudus) petiolata, baſi cuneata, ſubdecurrentia, ovata, obtuſa, ſubſerrata, nervoſa, glabra, ſaturate viridia, ſubtus lanuginoſa, nivea, mollia.

Folia caulina ſuperiora brevius petiolata, minora, oppoſita.

Caulis verſus apicem 3-partitus, *ramulis* erectis, *floribus* terminalibus umbellatis.

Umbellulæ 3-8-floræ, *foliolis* 2-4 linearibus ſubjectis.

Pedunculi pollicares, uniflori.

Flores magni, lutei.

Cal. imbricatus. *Squamæ* lanceolatæ, membranaceæ, incanæ.

Cor. compoſita, radiata. *Corollulæ hermaphrod.* pauciores in diſco infundibuliformes, 5-fidæ, *limbo* reflexo.

Filamenta ſyngeneſiæ. *Stylus* 2-fidus. *Stigmata* revoluta.

Corollulæ feminear in radio numeroſæ, ligulatæ, lineares, obtuſæ, bifidæ.

Piſtilla ut in *hermaphroditis*, ſed breviora.

Per. *Calyx* patens. *Semina* omnibus obverſe conica.

Pappus ſeſſilis, ſimplex, piloſus.

Receptaculum hirſutum, nec ſetoſum.

Inco-

Incolit montes frigidiores Jamaicæ. ♃

Floret æſtate.

Obs. Habitus *Tuſſilaginis*, ejusdemque eſſet generis, ſi Pappus ſtipitatus eſſet & receptaculum nudum.

ECLIPTA. S. V. 778.

ECLIPTA *erecta.*

Eupatoriocephalon Vaill. Sloan. h. 1. p. 260.

Mentha arvenſis ejusd.

Descr. *Caulis* erectus, teres, pedalis, folioſus, ſimpliciuſculus, pilis incanis hiſpidus.

Folia ſeſſilia, baſi utrinque deflexa, oppoſita, dentato-ſerrata, cuneata, lato-lanceolata obtuſa, 3-plinervia, hiſpida.

Pedunculi alterni, plerumque gemini, foliis longiores, uniflori. *Flores* albi.

Cal. 5-6-phyllus. *Squamæ* lato-lanceolatæ, *duæ* majores, hiſpidulæ.

Cor. diſcoideæ. *Corollulæ hermaphr.* diſci numeroſæ, 4-fidæ, minutæ. *Femineæ* radii, plurimæ, minores.

Semina angulata, craſſiuſcula, *nuda: Pappo* nullo.

Receptaculum nudum nec paleaceum.

Incolit culta Jamaicæ *alibique juxta rivulos.*

ECLIPTA *proſtrata.* S. V. 779. n. 4.

Obs. Sæpe fit erecta, floribus ſubſeſſilibus vel breviſſime pedunculatis.

VERBESINA. S. V. 779.

VERBESINA *Lavenia.* S. V. 779. n. 4.

Obs. Diſtincta a Verbesina, *floribus æqualibus, omnibus hermaphroditis, ariſtis ſeminum glandoloſis & receptaculo nudo;* quo charactere inter genera Spilanthi & Agerati S. polygamiæ æquali inſeri debet, (*Laveniæ* nomine conſervato,) ſecundum obſervationes ill. Banks & Solandri in inſulis maris Pacifici factas.

Adenoſtema. Forſt. eſt eadem planta. Forst. gen. 45. *Ejusd. prodr. p. 54. n. 284.*

VERBESINA *nodiflora.* S. V. 779. n. 8.

V. erecta, hirſuta, foliis ſubſeſſilibus ovatis oppoſitis, floribus conſertis alaribus. Brown. jam. 319. 3.

Descr. *Caulis* herbaceus, ramoſus, pedalis, teres, lævis.

Rami diviſi, teretes, rubri, piloſi.

Folia oppoſita, ſeſſilia, plerumque terminalia, cuneato-ovata, acuminata, ſerrata, nervoſa, pilis hiſpida. (Folia exacte Tetrahitis. Dill. elth. 53.)

Flores ſeſſiles in axillis foliorum terminalium, gemini l. terni.

Cal. ſimplex, *ſquamis* 4, duabus longioribus, lanceolatis, piloſis.

Cor. compoſita, radiata. *Coroll. hermaphr.* 5. *femineæ* 4-5, ligulatæ, breves, obtuſæ, emarginatæ.

Semina diſci nigra ariſtis 2 longis; *radii* latiora, margine denticulata, membranacea, apice mutica.

Habitat vulgaris in cultis Indiæ occidentalis. ⊙

VER-

VERBESINA *alata.* S. V. 779. n. 1.

V. foliis oblongo-ovatis ſubdentatis recurrentibus, floribus remotis terminalibus. Brown. jam. 319. 1.

Chryſanthemum cannabinum amer. alatum, flore aphyllo globoſo aurantio, baccharidis folio. Sloan. cat. 126. h. 1. 261.

DESCR. *Planta* herbacea.

Caulis bipedalis, erectus, ſubdiviſus, teres, alatus, hirtus. *Rami* alterni, erecti, axillares.

Folia alterna, ſeſſilia, decurrentia, oblonga, acuminata, angulato-dentata, nervoſa, ſcabriuſcula, hirta.

Alæ caulis ex foliis decurrentibus quaternæ.

Pedunculi elongati, terminales, pubeſcentes, *floribus* capitatis, ſolitariis, fulvis.

Cal. commun. ſubimbricatus: *ſquamæ* exteriores longiores, obtuſæ, lineares; *interiores* breviores, membranaceæ.

Cor. compoſita, radiata.

Corollulæ diſci *hermaphroditæ* infundibuliformes, 5-fidæ; *laciniis* erectis.

Stylus apice 2-fidus. *Stigmata* craſſiora, compreſſa.

Corollulæ radii *femineæ*, numeroſæ, lingulatæ ovatæ, emarginatæ.

Germen ovatum, marginatum. *Stylus* 2-fidus. *Stigmata* reflexa.

Semina omnibus obovata, cuneata, alis membranaceis albis. *Pappus* 2-ariſtatus: altera *ariſta* longiore, hamata.

Rec. paleaceum. *Paleæ* lineares, acutæ, membranaceæ, compreſſæ.

Incolit graminoſa Jamaicæ *nec non ruderata.*

VERBESINA *mutica.* S. plant. R. 3. 878. 9. *Tab. VIII. f.* 1.

Bidens apiifolia. Amœn. acad. 5. p. 405.

Anthemis minima arvenſis; foliolis ſuperioribus tridentatis, inferioribus laciniatis. Brown. jam. 320.

DESCR. herbaceus, procumbens, repens, ramoſus, ſtriatus, glaber. *Ramuli* alterni.

Folia petiolata, alterna; *ſuperiora* 3-partita: *foliolis* cuneiformibus, dentatis, obtuſis; *inferiora* integra l. ſub-3-fida, dentata, ovata, obtuſa, glabra, poſtice glauca.

Petioli decurrentes, amplexicaules, longitudine foliorum, glabri.

Pedunculi terminales, uniflori. *Flores* parvi, lutei.

Cal. comm. duplex l. calyculatus. *Exterior* ſquamis 5 linearibus; *interior* 5 majoribus membranaceis albidis.

Cor. compoſita radiata.

Corollulæ diſci *hermaphroditæ; mediæ* 4-5, quinquedentatæ, *ceteræ* radio propiores (12) minores 4-dentatæ. *Stam.* Syngeneſiæ.

Germen compreſſum. *Stylus* filiformis, 2-fidus. *Stigmata* tenuia, reflexa.

Corollulæ feminceæ radii, ligulatæ, 2-dentatæ, patentes. *Stylus* filiformis. *Stigma* 2-fidum.

Per. Cal. patentior. *Sem.* hermaphrod. media oblonga, compreſſa, margine membranaceo ferrato; *exteriora* teretia, ſtriata, obtuſa, dentata, medio acumine aucta. *Femin.* compreſſa, minuta, plerumque deſunt.

Pappus nullus. *Receptaculum* paleaceum. *Paleæ* lineares, in medio nullæ.

Incolit paſcua ſubhumida, vias Indiæ occidentalis. ☉

OBS.

Obs. Planta difficile determinanda, nec *Verbeſinæ* nec *Bidentis* ſpecies (ob pappum nullum), ſed potius ad *Anthemidis* referri debet, licet habitu diverſa.

BUPHTHALMUM. S. V. 780.

BUPHTHALMUM *fruteſcens*. S. V. l. c. n. 1.

B. ſuffruticoſum maritimum incanum, foliis oblongis, floribus ſolitariis ad divaricationes ramorum. Brown. jam. 320. 2.

BUPHTHALMUM *helianthoides*. S. V. 780. 11.

Obs. Eſt eadem planta ac Helianthus *lævis* l. c. p. 781. 10. nec ſpecie diverſa videtur a Silphio *ſolidaginoide. l. c. 789. 6.* & Rudbeckia *oppoſitifolia l. c. 782. 5.* Herb. Linn. —

ELEPHANTOPUS. S. V. 796.

Charact. genericus emendatus.

Involucrum ex foliolis 2. l. 3, latis, ovatis, multiflorum l. pauciflorum, perſiſtens.

Perianthium partiale 4-florum, oblongum, imbricatum, ſquamis 8: 4 exterioribus brevioribus, 4 longioribus interioribus lanceolatis, acutis, adpreſſis.

Cor.

Cor. compoſita; *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales, 4-rarius 5.

Propria monopetala, ligulata. *Tubus* anguſtus. *Limbus* 5-fidus, æqualis, patens.

Stam. *Filamenta* 5, brevia. *Anthera* cylindrica, tubuloſa.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſupra corollam 2-fidus. *Stigmata* reflexa.

Per. nullum. *Cal.* immutatus.

Sem. ſolitaria, oblonga, angulata.

Pappus ſetoſus, l. ariſtatus, ſimplex l. apice uncinatus. Rec. nudum.

ELEPHANTOPUS *ſcaber.* S. V. 796. 1.

Scabioſæ affinis anomala ſylvatica, enulæ foliis, ſingulis floſculis albis in eodem capitulo. Sloan. h. 1. t. 156. f. 1.

Serratula caroliniana, dipſaceo folio. Petiv.

ELEPHANTOPUS *tomentoſus.* S. V. l. c. 2. Syſt. pl. R. 3. 943. 2.

Obs. Exclude ſynonymon *Brownei (jam. 311. 1.)* quod ad *E. ſpicatum* referendum. *(Prodr. p. 111.)*

STRUMPFIA. S. V. 799.

STRUMPFIA *maritima.* S. pl. R. 3. p. 952.

Obs. Synonymon *Sloanei h. 2. 93. t. 189. f. 1. 2.* non eſt hujus, ſed novi generis Tetrandr. Monogyn.

nogyn. Ernodeæ *littoralis.* (*Prodr. p.* 29.) *Herb. Sloan.*

LOBELIA. S. V. 800.

LOBELIA *longiflora.* S. V. l. c. n. 15.

L. foliis lanceolatis, dentatis; pedunculis breviſſimis lateralibus; tubo floris tenui longiſſimo. Brown. jam. 322. 1.

LOBELIA *aſſurgens*, foliis lato-lanceolatis ſerratis, inferne denticulatis decurrentibus, racemis compoſitis terminalibus.

Descr. *Caulis* herbaceus, 3-4-pedalis, ſimplex l. ſimpliciter apice diviſus, angulatus, craſſus, glaber, rubeſcens, lacteſcens.

Folia ſubſeſſilia l. breviſſime petiolata, ovato-lanceolata, longa (pedalia), alterna, ſerrata, baſin verſus denticulata, nervoſa, utrinque glabra. *Denticuli* ad baſin folii lineares.

Petioli breviſſimi, ad latera decurrentes, unde caulis quaſi alatus, ſub folio ad apicem continuati, craſſi, rubri.

Racemus terminalis erectiuſculus, compoſitus, curvus.

Flores numeroſi, congeſti, pedunculati, ſanguineo rubri, maximi, pubeſcentes.

Pedunculi pollicares, teretes.

Bractea lineares ad baſin pedunculorum.

Cal. ſuperus, 5-dentatus. *Dentes* longi, lanceolati, reflexi, margine ſerrati.

Cor. irregularis, tubulata, dorſo ab apice ad baſin fiſſa, incurva, apice 5-partita.

Fila-

Filamenta 5 baſi libera, apice unita. *Anthera* ſulcis 5 cæruleis.

Germen inferum, angulatum, calyce cinctum. *Stylus* craſſus. *Stigma* anthera incluſum, capitato-compreſſum, albo-villoſum.

Capſula angulata, 2-locularis, calyce coronata.

Incolit loca alta frigidiora Jamaicæ. ♃

LOBELIA *lævigata*. S. V. 801. n. 21.

Obs. Eſt eadem ſpecies ac Lobelia *ſurinamenſis*. *l. c. n.* 25.

VIOLA. S. V. 802.

VIOLA *Calceolaria*. S. V. l. c. n. 24.

Viola Itoubou. Aubl. guian. 808. tab. 318.

GYNANDRIA.

Gynandræ omnium plantarum diſtinctiſſimæ ſunt, (licet genera *Orchidearum* difficillime eruantur,) ſi tantum aliquot hujus Claſſis ordines excipias. Huc igitur non bene referuntur *Pentandræ*, *Decandræ*, & *Polyandræ*, e quibus *Illæ* (*Paſſiflora*, *Ajenia*, *Helicteres*, *Kleinhovia*) potius ad *Monadelphiam* pertinent; hæ vero (*Xylopia*, *Grewia*, *Ambroſinia*, *Arum* & *Calla*) inter *Polyandras* locum tenent, *Potho* & *Dracontio* excluſis, quorum unum *Tetrandriæ*, & alterum *Heptandriæ* claſſis eſt.

OR-

ORCHIS. S. V. 807.

ORCHIS *habenaria*, bulbo ſolitario indiviſo, nectarii labio tripartito, lateralibus ſetaceis, cornu filiformi germine multo longiore. *Tab. IX.* S. pl. R. 4. p. 5. n. 7.

Obs. Exclude *Flor. Dan. t. 235.*

Descr. *Bulbus* unicus, medius, oblongus, tomentoſus, *radiculis* longis, filiformibus, ſimplicibus ſupra bulbum.

Caulis erectus, folioſus, 1-2-pedalis, ſimplex, angulatus, glaber.

Folia ſeſſilia, alterna, baſi vaginantia, ovato-lanceolata, acuta, nitido-glabra, 3-nervia, reticulato-venoſa.

Vaginæ foliorum caulem arcte cingentes, glabræ.

Flores terminales, ſpicati, alterni, ſparſi, paullo diſtantes, albidi.

Caulis inter flores acutangulatus.

Spathæ floribus ſubjectæ, latæ, carinatæ, 3-nerviæ, glabræ, virides.

Corollæ 5-petalæ.

Petala tria *exteriora: Unum ſuperius medium* (Galea) fornicatum, erectum, 3-carinatum, viridi-album, glabrum; *duo lateralia* ſubreflexa, ovato-lanceolata, carinata, viridia.

Duo interiora lateralia ad baſin bipartita.

Laciniæ ſuperiores in petalo fornicato incluſæ, longitudine ejusdem.

Laciniæ inferiores filiformes, ſuperioribus multo longiores, patulæ, albæ.

Nectarium poſtice ſub galea, fornicatum, medio 3-angulare, lateribus loculare, in duo cornua por-

porrecta antice diviſum: inter quæ *meatus* patet infundibuliformis in cornu germinis.

Filamenta capillaria, ex loculis lateralibus nectarii per canales ad apices cornuum (*nect.*) communicantia, ibidemque adglutinata. *Antheræ* in loculis, *polline* globulari luteo repletis.

Germen inferum, elongatum, 3-quetrum, gibbum, 6-angulare. *Stylus* nullus. *Stigma* inter cornua porrecta, pone meatum, convexum, nitidum, madidum.

Labium nectarii 3-partitum, ante ſtigma & cornu germinis inſertum.

Lacinia media lanceolata, acuta, plano-convexa; laterales filiformes, 3-plo longiores, deflexæ.

Cornu germine 4-5-plo longius, baſi tereti-compreſſiuſculum, apice lanceolatum, anceps; poſt floreſcentiam cauli adglutinatum.

Capſula magna, 3-alata, 6-ſulcata, in 6 partes medio dehiſcens, apice cohærentes.

Semina ſetoſa.

Incolit graminoſa depreſſa ſubalpina Jamaicæ. ♃

Obs. Flores hujus ſpeciei maxime ſingulares polymorpha inter genera Ord. Orchidearum, & una cum *Orchide monorrhiza*, (*prodr. p. 118.*) diſtinctum forſitan conſtitueret genus.

SATYRIUM. S. V. 811.

SATYRIUM *plantagineum*, bulbis filiformibus, foliis caulinis ovatis petiolatis vaginantibus, labio nectarii 3-fido, medio acuminato, cornu brevi incraſſato.

Orchis elatior latifolia — Sloan. h. 1. 250. t. 147. f. 2. bona.

Obs.

Obs. Excludantur ſynonyma *Plumieri* & *Browneī*, quæ *Satyrii elati* ſunt. (*Prodr. p. 119.*)

Descr. *Radices* filiformes, longæ, tomentoſæ.

Caulis pedalis, adſcendens, erectiuſculus, teres, folioſus, glaberrimus.

Folia petiolata, petiolis baſi vaginantibus, ovata, acuta, integra, glaberrima, longitudinaliter nervoſa, læte viridia, nitida.

Vaginæ caulem cingentes, cucullatæ, nervoſæ, reticulatæ, membranaceæ.

Spica terminalis, ſimplex, multiflora, erecta. *Flores* parvi, albi.

Spathæ ovatæ, ſemiamplexicaules, membranaceæ, acutæ.

Corolla 5-petala. *Pet. 3. exteriora, 2 interiora: duo interiora* cum *medio ſuperiori* galeam formantia, cætera patentia.

Nectarium ſubtus cornutum. *Cornu* obovatum, craſſiuſculum, obtuſum, germine brevius.

Labium erectum, apice deflexum, 3-fidum. *Lobi laterales* rotundati, *lacinia media* acuminata, longiori.

Columna baſi attenuata, apice dilatata, acuminata: *antheris* duabus inſertis, operculo laterali tectis.

Germen ovatum. *Stigma* anticum.

Capſula oblonga, apice & baſi attenuata, obliqua, 1-locularis, 3-valvis, 3-carinata.

Semina ſcobiformia.

Incolit ſylvas humidas montium Jamaicæ. ♃

Obs. Flos *Orchidis*, habitus *Satyrii*. Cornu non eſt teſticulatum, ſed elongatum, obovatum, veſicæ inſtar, liberum, a Jacquino aliiſque

que *(Syſt. veg.)* labium inferius appellatum; *labium* vero certiſſime 3-fidum, *lacinia* media acuminata.

CYPRIPEDIUM. S. V. 817.

CYPRIPEDIUM *Calceolus.* S. pl. R. 3. p. 34.

Obs. Synonymon *Moriſoni* ad aliam ſpeciem referendum, *foliis tantum radicalibus, ſcapo nudo unifloro.*

SERAPIAS. S. V. 814.

SERAPIAS *enſifolia.* S. V. 815. 3.

Obs. Synonym. *Gerardi (prov. 132.)* excludendum.

LIMODORUM. S. V. 816.

Obs. Genus a *Serapiade*, vix niſi *inflorescentia (ſcapo)* diverſum.

LIMODORUM *tuberoſum*, foliis lineari-lanceolatis, floribus racemoſis, labio nectarii barbato.

Helleborine americana. Mart. cent. 50. Mill. ic. p. 97. t. 145.
Helleborine purpurea, tuberoſa radice. Plum. cat. 9.
Limodorum. Prodr. Leyd. p. 16.
Creſcit in Penſylvania, Bahama &c. ♃

LIMO-

LIMODORUM *altum*, foliis lato-lanceolatis plicatis nervoſis, labio nectarii ſulcato.

Helleborine radice arundinacea — Plum. ſp. 9. ic. 189.

Satyrium foliis liratis longiſſimis, ſcapo florifero partiali, ſubſquamoſo. Brown. jam. 325. 10.

Descr. Bulbus tuberculatus, ſubrotundus, ſubſtantia carnoſa & fibroſa, cortice coriaceo nitido, ſubtus radiculis filiformibus tomentoſis albis.

Folia radicalia, vernalia, e bulbo, 2-pedalia, lato-lanceolata, longitudinaliter nervoſo-complicata, lævia.

Folia Cocoës plantæ junioris ſimillima.

Scapus a bulbo fere diſtinctus, ſimplex, erectus, apice aliquando ſubdiviſus, 2-pedalis, lævis, teres, ruber.

Vaginulæ remotæ, præmorſæ, amplexicaules, reticulatæ, pallidæ.

Flores terminales, ſparſi, ſubracemoſi, alterni, magni, purpurei, interdum albi.

Cor. 5-petala. Tria *exteriora*, erecta, patentia. Duo *interiora*, inflexa, galeam cum ſuperiori medio formantia, *omnia* æqualia, ſubconniventia; *interiora* pallidiora.

Nectarium ventricoſum, cordatum, baſi columnam amplectens: *labio* recurvo bilobo albido, *ſulcis* longitudinalibus ſanguineis, aliiſque ſulphureis; medio appendiculato *lacinula* ovata emarginata ſanguinea.

Columna genitalium elongata, gibba, cymbiformis, apice dilatata, cordata, apice gerens *Antheras* 2 breviſſime pedicellatas in fovcola; *Stigmate* antice tubulato.

Germen inferum, oblongum, attenuatum.

X 2 *Capſu-*

Capſula magna, oblonga, pedicellata, baſi attenuata, 3-valvis, angulis medio dehiſcens.

Semina ſcobiformia.

Habitat in montoſis aridis, petroſis, arenoſis Jamaicæ. ♃. *Aeſtate florens.*

EPIDENDRUM. S. V. 817.

Observatio.

Epidendrum L. omnium generum maxime polymorphum, charactere diverſo in ſpeciebus diverſis. Quoad ſtructuram floris nullus adhuc valet character generalis, variant enim ſpecies hujus generis, *nectariis cornutis, ovatis, ſubcarinatis, pedicellatis &c., corollis 2-5-petalis, antheris 1-8 & forma capſularum.* In illo vero ſibi aſſimilantur, quod omnes paraſiticæ ſunt, difficillime autem, & vereor nimium artificialiter in genera varia digererentur; ſolo tamen habitu in ſubdiviſiones (tales quas in prodromo propoſui) commode diſpeſcuntur, usque dum plures & melius plantæ hujus ordinis innotuerint Botanicis.

EPIDENDRUM *Vanilla.* S. pl. R. 3. 34. 1.

Obs. Exclude *Angurek Warna. - Kæmpf. am. 867. t. 869. f. ..* omnino a *Vanilla* diverſa: *foliis arundinaceis, anguſtis, duris.*

Descr. *Caulis* ſubparaſiticus, altiſſime ſcandens, radicans, (*radiculis foliis* oppoſitis, ſimplicibus, cirrhiformibus) ſubflexuoſus, folioſus, apice ſubdiviſus, teres, craſſus, ſucculentus, glaber.

Folia ſeſſilia l. baſi ſemiamplexicaulia l. ſubvaginata, alterna, ovata, acuminata, ſemipedalia, integra, longitudinaliter nervoſa, glaberrima, craſſa.

Flo-

Flores pedunculati, axillares, magni, purpurei. *Pedunculus* axillaris, ſolitarius, 1-2-florus, brevis; *Foliolo* l. bractea ſub flore ſeſſili, ovato.

Siliquæ pendulæ, ſemipedales & ultra, teretes, glabræ, uniloculares, 3-valves.

Semina numeroſa, minutiſſima, ſubrotunda, nigra, nitida.

Incolit ſylvas vetuſtas Indiæ occidentalis, *in umbroſis humidis juxta truncos arborum vegetans.* ♃

Obs. *Modus creſcendi, inflorescentia, magnitudo florum, fructus, ſemina ſubrotunda*, a cæteris *Vanillam* diſtinguunt: ab Epidendris cum *E. flore a:ris* L. & *E. claviculato (prodr. p. 120.)* olim ſeparandam fore, jure cenſemus.

EPIDENDRUM *furvum.* S. pl. l. c. 36. 5.

Obs. Synonyma *Rheedii* & *Rumphii* ad plantas diverſas pertinent; differunt enim *figura foliorum, magnitudine florum* &c.

EPIDENDRUM *coccineum.* S. V. 818. 6.

Deſcriptio Ill. Jacquini *optima.*

Provenit rarius in Jamaica. ♃

EPIDENDRUM *ſecundum*, foliis caulinis oblongis emarginatis, caule compreſſo, ſpica ſecunda, nectarii tubo longitudine corollæ. Jacq. am. 224. t. 137.

Ophrys bulbis filiformibus, fol. caulinis lanceolatis aveniis, racemo ſubrotundo. Plum. ſp. 179. ic. 84. f. 1.

Descr. Paraſiticum. Radices fibroſæ, albæ.

Caulis inferne teres, ſenſim compreſſus, folioſus, pendulus.

Folia ſeſſilia, vaginantia, oblonga, alterna, diſtiche patentia, apice extimo emarginato, avenia.

Pedunculus ſcapiformis, ſæpe 2-pedalis, terminalis, compreſſus, ex vaginis deciduis quaſi articulatus.

Flores terminales, in formam corymbi digeſti, ſecundi, nutantes, pallide rubri l. brunnei. *Spathæ* minutæ.

Corollæ Petala 5: *tria* ovato-lanceolata, patentia; duo linearia, deflexa.

Nectarium tubuloſum, petala ſuperans: *labio* trilobo, *medio* latiori emarginato adſcendente, patente; *lateralibus* minoribus emarginatis.

Columna brevis, apice 2-fida, *antheras* duas pedicellatas ſub operculo biloculari gerens, in tubo nectarii recondita. *Stigma* anticum, infundibuliforme.

Capſula oblonga, angulata, 3-valvis.

Incolit ſylvas montium Jamaicæ.

Obs. *E. anceps Jacq.*, ut nobis videtur, ſola hujus varietas; variat enim nuper deſcripta: *Caule teretiori magisque compreſſo, foliis latioribus l. magis acuminatis, floribus terminalibus l. latere erumpentibus, tubo nectarii petalis breviore l. longiore.*

EPIDENDRUM *lineare*, foliis caulinis diſtichis linearibus obtuſis emarginatis, caule ſimplici, floribus terminalibus ſubſpicatis, labio integro. Jacq. am. 221. t. 131. f. 1.

Descr. *Radices* filiformes, repentes, ſtrictæ, albæ.

Caules ſimplices, congeſti, cæſpitoſi, 1-2-pedales, erecti, filiformes, folioſi, compreſſiuſculi, glabri.

Vagi-

Vaginæ aliquot radicales emarcidæ, unde caules quaſi articulati.

Folia diſticha, alterna, approximata, ſeſſilia, vaginantia, linearia, tenuiora, apice obtuſa, emarginata, ſtriatula, utrinque glabra.

Vaginæ foliorum compreſſæ.

Spica vix foliorum longitudine, terminalis, *floribus* ſeſſilibus, alternis, imbricatis, 6-10, parvis ſanguineis.

Spathæ vaginantes, ſub floribus, coloratæ.

Petala 5, corollam 3-gonam poſtice gibbam formantia: *3 exteriora & 2 interiora* fere æqualia, oblonga, concava, obtuſa: *duo exteriora anteriora* fornicata, apice compreſſa.

Nectarium petalis interioribus conforme, erectum, baſi columnam amplectens, margine maculis 2 atropurpureis notatum, concavum, apice obtuſum, ſanguineum.

Columna petalis brevior, dorſo gibba, apice 3-dentata, in fovea gerens *Antheras* 4, oblongas, pedicellatas, operculo 4-loculari incluſas; antice pro *ſtigmate* excavata.

Capſula oblonga, 3-valvis, medio dehiſcens.

Semina pulverulento-ſetoſa, minutiſſima.

Incolit montes frigidiores Indiæ occidentalis; *paraſitica arborum. Vere florens.*

EPIDENDRUM *ovatum.* S. pl. R. 4. 37. 11.

Obs. Synonymon *Rumphii (amb. 6. 111. t. 51. f. 2.)* hujus non eſt. Ejus loco adde:

Angræcum album minus. Rumph. am. 6. p. 99. t. 43. f. 1.

EPIDENDRUM *nocturnum.* S. pl. l. c. n. 13.

Obs. Plantæ *Jacquini* & *Catesbæi* omnino eædem.

Descr. *Radices* teretes, craſſæ, filiformes, albidæ.

Caulis 1-2-pedalis, ſimplex, erectus, teres, folioſus, glaber.

Folia vaginantia, alterna, ſubdiſticha, 2-3-pollicaria, oblonga, integra, craſſiuſcula, avenia, nitida.

Flores terminales, 2-3, ſeſſiles, magni, luteoalbidi.

Spathæ aliquot ovatæ, compreſſæ.

Petala 5. ſubæqualia, lanceolato-linearia, patentia; *duo interiora* anguſtiora, alba.

Nectarium: tubo compreſſo, gibbo, petalis breviori; *labio* 3-fido: *laciniis* lateralibus integris, media longiori erecta ſubulato-lineari.

Columna tubo nectarii incluſa, gibba, apice fovens *Antheras* 4 pedicellatas, obovatas, compreſſas, ſub operculo 4-loculari.

Germen teres, longum, contortum.

Capſula oblonga, baſi attenuata, 3-gona, 3-valvis, medio dehiſcens.

Semina ſcobiformia.

Incolit truncos arborum Jamaicæ *rarius. Noctu odoratiſſimum.*

EPIDENDRUM *nodoſum*, folio unico, ſubulato, interne ſulcato, ſpadice multifloro. Jacq. am. 226. t. 140.

Satyrium paraſiticum, folio ſingulari longo-ſinuato; ſpica aſſurgente ab infimo ſinu orta. Brown. jam. 326. n. 6.

Descr. *Radices* craſſæ, numeroſæ, filiformes, ſtrictæ, albidæ, geniculatæ.

Cau-

Caulis unifoliatus, craſſus, teres, vaginatus, pedalis, verſus radices incraſſatus, nodoſus. *Vaginæ* clauſæ, alternæ, caulem arcte cingentes, carinatæ, ſtriatæ, membranaceæ, albidæ.

Folium unicum in medio caulis ſeſſile, vaginans, tereti-ſubulatum, profunde ſulcatum, erectum, maculatum, craſſum, carnoſum.

Spadix e ſinu baſeos folii, longitudine ejusdem, erectus, teres, multiflorus.

Spathæ minutæ in ſpadice & ſub floribus.

Flores 12-15, magnæ, exalbido-flavæ, ſeſſiles.

Corolla 5-petala. *Petala* 3. exteriora lanceolato-linearia, longa, patentia; 2. interiora linearia.

Nectarium ſubinfundibuliforme, columnam amplectens, erectum, compreſſum, baſi ventricoſum, carinatum, apice dilatatum: *labio* ovato, acumine ſubulato, ſtriato, venoſo, patente, albido.

Corpus genitalium, minutum, nectario incluſum, carinatum, antice excavatum, apice gerens *Antheras* 4 oblongas bipartibiles, pedicellatas, operculo 4-loculari reconditas.

Germen longiſſimum, teres, filiforme. *Stigma* madidum antice ſub fovea antherarum.

Capſulæ pollicares, oblongæ, pendulæ, ſexſulcatæ, 3-valves, polyſpermæ.

Semina pulverulenta, ſetoſa.

Habitat ſupra arbores ad maritima Indiæ occidentalis. *Vere florens.*

EPIDENDRUM *cochleatum.* S. pl. R. 4. 39. 23.

Helleborine — Plum. ſp. 9. ic. 185. f. 2. bona.

Obs. Exclude Viſcum — *Sloan. h. 1. 250. t. 121. f. 2.* quod eſt *E. ſanguinei. Prodr. p. 124.*

Descr. *Radices* filiformes, ſtrictæ, albidæ.

Folia gemina *bulbo* (oblongo, carnoſo, glabro, intus fibroſo, ſucculento, compreſſo, vaginis membranaceis circumvoluto) innata, lato-lanceolata, acuminata, baſi carinata, compreſſa, glabra.

Spatha diphylla, altera minori, acuminata, ad baſin ſcapi inter folia.

Scapus e medio bulbi, ſolitarius, teres, erectus, *ſpathis* aliquot minutis.

Flores terminales, 4, 5, magni, ſubſeſſiles.

Corolla 5-petala. *Omnia* linearia, acuminata, reflexa, luteola.

Nectarium baſi tubuloſum: *labio* cordato, obtuſo, concavo, atroſanguineo, baſi albo-ſtriato, apice flavo.

Columna genitalium 3-gona, baſi rubro-maculata, apice 3-cornis, gerens *Antheras* 2, pedicellatas, 2-partibiles.

Capſulæ oblongæ, acuminatæ, pendulæ.

Incolit montoſa Jamaicæ, *paraſita arborum.*

EPIDENDRUM *tuberoſum.* S. pl. R. l. c. n. 24.

Obs. Synonymon *Rumphii (amb: 6. 112. t. 52. f. 1.)* certe non hujus. Planta *Rumphii* delineata eſt *absque bulbis foliigeris.* Illa præterea *terreſtris* dicitur & ſine dubio eſt ſpecies *Limodori.*

EPIDENDRUM *enſifolium.* S. V. 819. n. 27.

Limodorum enſatum. Thunb. Fl. Japon.

Obs. Ad *Limodora* potius referendum.

EPI-

EPIDENDRUM *ruſcifolium.* S. V. 819. n. 30.

Jacq. am. 226. t. 133. f. 3. bona.

Descr. *Radices* numeroſæ, filiformes, rigidæ, albidæ.

Caules aggregati, baſi ſæpe uniti, filiformes, pedales, erecti, vaginati, unifoliati, glabri.

Folium terminale, ovato-lanceolatum, longitudine plantæ dimidiæ, acuminatum, integrum, carinatum, baſi canaliculatum, compreſſum, glabrum, craſſum, venoſum.

Vaginæ caulis longæ, acuminatæ, ſtriatæ, marceſcentes.

Flores ex ſinu folii, *pedunculis* aggregatis brevibus bifloris.

Spatha communis ovata, acuminata, compreſſa, dehiſcens, pedunculos deflexos, *floribus* nutantibus, pallide virentibus emittens.

Corollæ parvæ, acuminatæ, 4-petalæ.

Petala 2 exteriora, ſuperius & inferius, oppoſita, lanceolata, acuta, patula; *2 interiora lateralia* linearia, breviora, erecta.

Nectarium petalis interioribus conforme, ſed minus, erectum, canaliculatum, pallidum, *labio* obtuſo recurvo.

Columna genitalium teres, apice in fovea antherifera. *Antheræ* duæ, ſubrotundæ, operculo 2loc. tectæ.

Capſulæ ovatæ, parvæ, acuminatæ, 6-ſulcatæ, 3-valves.

Incolit montes altos Jamaicæ *ſupra truncos vetuſtos.*

EPIDENDRUM *ophioglossoides.* S. V. l. c. n. 29.

Obs.

Obs. Plantæ *Plumieri* & *Jacquini* certe diſtinctæ. Figura *Plumieri* (*ic. 176. f. 3.*) ſpecíminibus, quæ inter plantas peruvianas, a Cl. peregrinatore Dombey allatas, contigit mihi videre, optime convenit. Jacquini vero ad *E. trigoniflorum* (*prodr. p. 125.*) pertinet, affirmante planta Ipſius in Muſeo Banksiano ſervata.

Differt præcipue magnitudine totius plantæ, omniumque partium.

SISYRYNCHIUM. S. V. 820.

Observatio.

Longe jam dudum Botanicis notum fuit, ſtamina hujus generis a ſtylo libera eſſe, inque tubum, quaſi Monadelpharum, connata; in paucis vero tantum a *Moræa* diſcrepat, ideoque ut ſpecies ejus naturalis potius conſiderandum. Vid. Thunberg diſſ. *de Moræa*, *Upſ.* habita.

FERRARIA. S. V. 820.

Obs. Eadem ratione, ac genus præcedens, *Ferraria* ad *Moræam* referri debet. Vid. *Diſſert. cit. de Moræa.*

PASSIFLORA. S. V. 821.

PASSIFLORA *quadrangularis*. S. V. 821. n. 6.

Figura Jacquini *bona.*

Descr.

DESCR. *Caulis* herbaceus, fere ſimplex, ſcandens, craſſus, 4-angularis, angulis membranaceis, ſubhiſpidus.

Folia petiolata, 5-6-pollicaria, ſubcordata, indiviſa, integra, nervoſa, ſcabriuſcula, glabra.

Cirri longiſſimi, axillares.

Stipulæ geminæ, ovatæ ad baſin petiolorum.

Petioli glandulis 6 notati.

Pedunculi petiolis oppoſiti, craſſiores, uniflori.

Flores involucrati maximi.

Involucrum 3-phyllum. *Foliola* ſubrotunda, concava, integra, glabra, pallida.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* lato-lanceolata, margine membranacea, medio craſſa, ſubſpongioſa, intus albiſſima.

Petala 5. calycis foliolis conformia, tenuiora, obtuſiora, interne rubicunda, extus alba.

Nectarium corona 5-plex. *Radii exteriores* duplici ordine, petalis fere longiores, filiformes, teretes, albo violaceoque *varii*; alii *interiores* duplici ordine, breviſſimi, erecti; *intimi* plani prope columnam germinis.

Columna e medio receptaculi, recta, cylindrica, variegata, cujus apici germen inſidet.

Filamenta 5 ſub germine, columnæ adfixa, lata. *Antheræ* oblongæ, incumbentes, luteæ.

Germen oblongum, album. *Styli* 3, apice incraſſati, purpurei, patuli. *Stigmata* capitata, nigra, interne bifida.

Fructus maximus, oblongus, carnoſus — *pulpa* ſeminum purpurea.

Incolit ſylvas Indiæ occidentalis; *in hortis plerumque culta.* ♃

PASSIFLORA *laurifolia.* S. V. 822. n. 7.

P. fo-

P. foliis ovatis, petiolis biglandulis, bacca molli ovata. Brown. jam. 327. 3.

Descr. *Caulis* ſcandens, ſuffruteſcens, ſubdiviſus. *Rami* divaricatiſſimi, filiformes, ſcandentes.

Folia petiolata, indiviſa, baſi paullum emarginata, ovata, integra, nervoſa, glaberrima.

Petioli breves, compreſſiuſculi, *glandulis* geminis ſub baſi folii.

Cirri longi, terminales.

Pedunculi longitudine petiolorum, uniflori.

Involucrum 3-phyllum. *Foliola* ſubrotunda, concava, margine dentata, denticulis obtuſis, glanduloſis, pallida.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* lato-lanceolata, margine leviter membranacea, acumine corniculata, glabra, punctis ſanguineis intus variegata.

Petala 5. longitudine calycis, anguſtiora, acuminata, ſanguineis punctis adſperſa.

Nectarium Corona 3-plex. *Radii exteriores* longitudine dimidia petalorum, *Medii* petalis longiores, apicibus dentatis; *interiores* breviſſimi prope columnam. *Omnes* rubro-violaceo variegati.

Columna cylindrica, recta, cui ſub germine inſident

Filamenta 5, compreſſa, variegata. *Antheræ* incumbentes, luteæ.

Germen ſubrotundum, luteum. *Styli* 3 incraſſati, variegati. *Stigmata* capitata, bifida, ſupra nigra.

Fructus ovatus, aquoſus.

Culta in Jamaica. ♃. *Vulgo* Water-Lemon.

PASSIFLORA *perfoliata*, foliis bilobis oblongis transverſis amplexicaulibus, ſubtus puncta-

punctatis, petiolis breviſſimis, nectario ſimplici multipartito. S. V. 822. n. 10.

Descr. *Caulis* herbaceus, ſcandens, volubilis, 3-gonus, ſubdiviſus, ſtriatus, pubeſcens.

Folia petiolata, alterna, cordata, ovata, integra, 2-loba; *lobo* 3-tio medio obſoletiſſimo, ſetula minima; nervoſa, utrinque glabra, ſubtus glauca, pubeſcentia, ſubtus punctis notata; *juniora* tenuiſſima. *Folia* baſi lobato-cordata, amplexicaulia, lobis incumbentibus, ut caulis quaſi perfoliatus. *Lobi* laterales emarginati, ſetula breviſſima.

Stipulæ ſubulatæ, deflexæ, ad baſin petioli.

Petioli breviſſimi, incurvi, teretes, eglanduloſi.

Cirri ſupraaxillares, longiſſimi.

Pedunculi axillares, ſolitarii, foliis breviores, uniflori.

Flores mediocres, coccinei.

Cal. campanulatus, corollæ accretus, limbo 5-partito. *Laciniæ* erectæ, lineares, corollæ concolores.

Petala 5 inter lacinias calycis (quibus duplo longiora) inſerta, lanceolata, erecto-patentia.

Nectarium ſimplex, multipartitum.

Laciniæ erectæ, lineares, carnoſæ, virides, apicibus obtuſis coccineis.

Filamenta 5 columnæ germinis adſidentia, ſubulata. *Antheræ* ovatæ, incumbentes.

Germen columnæ longæ inſidens, ovatum. *Styli* 3, incraſſati. *Stigmata* capitato-rotundata.

Bacca ſubrotunda, carnoſa.

Incolit ſepes maritimas aridas Jamaicæ auſtralis. *Floret media æſtate.* ♃

PAS-

PASSIFLORA *rubra*, foliis bilobis cordatis, lobis acuminatis ſubtus ſubtomentoſis, caule villoſo. S. V. 822. n. 11.

Descr. *Caulis* herbaceus, volubilis, teres, ſulcatus, hirſutus, ruber.

Folia petiolata, alterna, cordata, 2-loba. *Lobi* acuminati, integri, nervoſi, hiſpiduli, ſubtus ſubtomentoſi, molles.

Petioli teretes, rubri, villoſi, eglanduloſi.

Cirrhi ſubaxillares.

Flores alterni, pedunculati, nutantes; *pedunculis* ſolitariis, unifloris.

Cal. 5-phyllus, baſi ovatus. *Foliola* margine membranacea, intus alba, extus viridia, villoſa.

Petala 5, exalbida l. pallide carnea.

Nectarium 3-plex, multifidum. *Externum* longitudine petalorum, multifidum, pallide rubrum; *medium* monophyllum, breviſſimum, plicatum. *Intimum* margo carnoſus, albus.

Filamenta 5, columnæ germinis adfixa.

Germen minus, villoſum, viride.

Fructus ſphæricus, 6-lineatus, maturus coccineus, hirſutus, carne albida.

Semina nigra, tuberculata, nitida, arillo pulpoſo tecta.

Habitat in fruticetis Jamaicæ.

PASSIFLORA *Murucuja*, foliis bilobis ovatis, baſi integris, ſubtus punctatis, nectario monophyllo. S. V. 822. n. 13.

P. foliis tenuioribus, 3-nerviis, 2-cornibus lunatis; ſinu anteriori obtuſo. Brown. jam. 328. 12.

Descr. *Caulis* herbaceus, ſcandens, ſulcatus, glaber.

Folia

Folia petiolata, alterna, ovata l. oblonga, 2-loba l. potius bicornia, ſetula intermedia, 3-nervia, venoſa, glabra, integra, ſubtus punctata.

Petioli ſulcati, glabri, eglanduloſi.

Puncta dorſalia excavata, pellucida.

Cirri ſubaxillares, filiformes, longi.

Flores gemini, axillares, pedunculati, coccinei, magni.

Pedunculi petiolis longiores, medio ſtipulis 2. obſiti, minimis, filiformibus.

Calyx planus, coloratus, 5-partitus.

Petala 5. ſemilanceolata, erectiuſcula, obtuſa, calyce parum minora.

Nectarium monophyllum, tubulatum, petalis calycique adnatum, fauce corona lutea ornatum.

Filamenta 5. *&c.* *Antheræ* incumbentes, oblongæ.

Columna genitalium corolla longior, erecta.

Germen ovatum. *Styli* patentes, incraſſati. *Stigmata* capitato-depreſſa.

Bacca ovata, magnitudine ovi columbini, pedicellata.

Incolit ſylvas montium Indiæ occidentalis.

PASSIFLORA *Veſpertilio.* S. V. l. c. n. 14. S. pl. R. 4. p. 50. n. 30.

Obs. Exclude *Mart. Cent. 52. t. 52.*

PASSIFLORA *rotundifolia*, foliis ovatis apice ſubtrilobis, ſubtus punctatis, nectario ſimplici. S. V. 822. n. 16.

Descr. *Caulis* ſcandens, inferne ſuffruteſcens, ſubdiviſus, anguloſus, ſulcatus.

Folia petiolata, alterna, ſemiovata, apice ſubtriloba, 3-nervia, venoſa, utrinque glabra, poſtice longitudinaliter punctis pellucidis notata. *Lobi* ſetulis minutis terminati, medio paullo majore. *Petioli* breves, eglanduloſi.

Cirri ſolitarii, axillares, filiformes, longiſſimi. *Stipulæ* geminæ oppoſitæ, ſubulatæ.

Pedunculi axillares, filiformes, pollicares, uniflori; *floribus* nutantibus, pallide viridibus, majuſculis.

Cal. corollæformis, 5-partitus. *Laciniæ* ovatæ, acutæ, erectæ, concavæ, baſi cyathum formantes.

Petala 5. ſemilanceolata, acuta, erecta, nec patula, pallide viridia.

Nectarium: corona ſimplex. *Laciniæ* ſubulatæ, erectæ, conniventes, apice glanduloſæ. *Glandulæ* fulvæ.

Columna genitalium, corolla longior, teres, cui inſident *Filamenta* 5 ſubulata, dilatata. *Antheræ* incumbentes.

Germen ſubrotundum. *Styli* 3, patuli, clavati. *Stigmata* capitato-ſubrotunda.

Bacca ovata.

Incolit fruticeta Jamaicæ auſtralis.

Floret initio anni.

Obs. Diſtincta a cæteris *foliis rotundatis, apice tantum ſub-3-lobis.*

PASSIFLORA *lutea*, foliis trilobis cordatis glabris, lobis ovatis, petiolis eglanduloſis. S. V. 822. n. 18.

PASSIFLORA *minima*, foliis trilobis glabris; lobis lanceolatis integris, intermedio

dio productiore, petiolis biglandulofis, caule inferne ſuberoſo. S. pl. R. 4. 52. n. 12.

P. foliis nitidis trilobis, medio anguſto longiori, lateralibus quandoque auritis, fructu minore baccato nitido. Brown. jam. 328. 5.

Obs. Deleatur ſynonymon *Lœfl. it.* 247.

Descr. *Caulis* volubilis, ſimplex, baſi ætate ſuberoſus, teres, glaber.

Folia petiolata, ſubpeltata, alterna, ſubcordata, triloba. *Lobi* laterales fere horizontales, medio longiori; omnes lanceolati, acuti, integri, nervoſi, utrinque glabri.

Petioli breves, teretes, reflexi, glabri.

Glandulæ duæ oppoſitæ, minutæ, ſeſſiles, concavæ, fuſcæ, in medio petiolorum.

Stipulæ duæ oppoſitæ, ſubulatæ, ad latera petiolorum.

Cirri intrapetiolares, longi.

Pedunculi axillares, ſolitarii, petiolis longiores, laxi, uniflori. *Flores* parvi, albidi.

Cal. nullus; *baſis* Corollæ planiuſcula.

Petala 5, lanceolata, apicibus reflexis.

Nectarium 4-plex.

Intimum (1.) margo membranaceus, integer, fuſcus, ad baſin columnæ. *Interius* (2.) monophyllum, plicatum, margine crenatum, fuſco-purpureum. *Exterius* (3.) ciliare. *Cilia* capillaria, atra, apice lutea, erecta. *Extimum* (4.) ciliis 3-tii duplo longioribus, reflexis, atro-purpureis, a medio ad apicem *luteis.*

Columna corolla longior. *Filamenta* ſubulata. *Antheræ* incumbentes, luteæ.

Germen ſubrotundum. *Styli* 3, incraſſati. *Stigmata* capitata.

Bacca cæruleſcens, parva, ovata &c.

Incolit ſepes aridas Jamaicæ.

OBS. Valde adfinis *P. ſuberoſæ*, ſed differt *lobis foliorum anguſtis, divaricatis; caule herbaceo*, adultiore tantum ſuberoſo; *floribus minoribus.*

PASSIFLORA *ſuberoſa*, foliis ſubpeltatis 3-lobis, lobis ovatis integris, petiolis 2-glanduloſis, caule ſuberoſo. S. V. 823. n. 20.

PASSIFLORA *hirſuta*, foliis trilobis villoſis, inferioribus ſupra glabris; lobis oblongis integris, petiolis 2-glanduloſis.

Clematis indica flore minore pallido, foliis hirſutis. Plum. am. 74. t. 88. f. A. S. V. l. c. n. 22.

PASSIFLORA *fœtida.* S. V. l. c. n. 23.

P. veſicaria; florum involucris triphyllis multifido-capillaribus. Brown. jam. 327. 1.

ARISTOLOCHIA. S. V. 823.

ARISTOLOCHIA *bilobata.* S. V. l. c. n. 1.

DESCR. *Caulis* volubilis, filiformis, ſubdiviſus, teres, glaber.

Folia petiolata, alterna, patula, cordata 2-loba; *lobi* oblongi, obtuſi, integri, nervoſi, glabri, infra glauci.

Pe-

Petioli breves, filiformes, curvi, glabri.

Pedunculi foliis petiolisque longiores, craſſiuſculi, teretes, uniflori, poſt floreſcentiam marceſcentes.

Cal. nullus. *Cor.* ligulata ſupera. *Tubus* baſi globoſus, multicariuatus, glaucus, ſupra baſin anguſtior, curvus, hexagonus, cæruleo-glaucus. *Faux* infundibuliformis pallida, lineis fuſcis longitudinalibus. *Limbus* elongatus, ſpathulatus, baſi compreſſus, apice acuminatus, marginibus revolutis, antice villoſus; villo purpureo-cæruleſcente, interne purpuraſcens, externe glaucus.

Antheræ 6 longitudinales, ovatæ, in fundo tubi ſtigmatibus adnatæ, luteæ.

Germen inferum, teres, elongatum, hexagonum. *Stylus* o. *Stigmata* 6, erecta, 3-angularia, marginibus revolutis.

Capſula oblonga, hexagona, nigra, 6-ſtriata, corbiformis, 6-locularis, ex apice in 6 partes dehiſcens, pedunculo in 6 partes diviſo, dependens, 6-valvis. *Diſſepimenta* membranacea.

Semina plurima, incumbentia, compreſſa, membranacea, cordata, acuminata, lævia, fuſca.

Habitat in fruticetis Hiſpaniolæ, *frutices tegens operiensque. Floret Januario.*

ARISTOLOCHIA *trilobata*, foliis trilobis, caule volubili, floribus maximis baſi ſaccatis, lingua lineari longiſſima. S. V. l. c. n. 2.

ARISTOLOCHIA *peltata.* S. V. 824. 4. Plum. ic. 32. f. 2.

Obs. *Jacq. obſ. bot. 1. p. 4. t. 4.* figura ſatis bona, tubus vero magis curvus pingi debet, *reflexus & ſubangulatus*, hirſuties *labii minor.*

Descr. *Radix* lignoſa, ſuberoſa, perennis.

Caulis volubilis, filiformis, ſubdiviſus, teres, ſtriatus, glaber.

Folia petiolata, alterna, minora, ſubpeltata, reniformia, nervoſa. integra, glabra, rigidiuſcula.

Petioli cirrorum inſtar caulem amplectentes.

Pedunculi petiolis oppoſiti, illisque longiores craſſioresque, glabri, teretes, uniflori.

Corollæ mediocres, fuſcæ, maculato-punctatæ.

Cal. o. *Cor.* *Tubus* baſi globoſus, 6-gonus, fuſcus, medio coarctatus, 6-angularis, curvus. reflexus, pollicaris, punctato-viridi fuſcus. *Faux* tubusque inferne pubeſcens, infundibuliformis. *Limbus labio* pollicari, linguæformi, apice retuſo. ſubemarginato, punctis convexis acutis atropurpureis, infra apicem ad faucem virente.

Fil. o. *Antheræ* 6. ſtigmatibus ſub marginibus revolutis adfixæ, ovatæ, luteæ.

Germen inf. oblongum, baſi attenuatum, 6-gonum. *Stylus* o. *Stigmata* 6. 3-angularia.

Capſula oblonga, 6-angularis, 6-loc. ab apice dehiſcens, 6-valvis. *Sem.* compreſſa.

Incolit fruticeta Domingenſia *aridiſſima.*

Floret Febr. Martio.

Obs. Minus proprie peltata dicitur, folia enim angulo obtuſo petiolo inſident.

ARISTOLOCHIA *bilabiata*, foliis cordato-linguæformibus obtuſis, caule volubili. S. V. l. c. n. 6.

Descr. *Caulis* volubilis, filiformis, ſubdiviſus, teres, glaber. *Ramuli* alterni, patentes, laxi, 3-4-phylli.

Folia petiolata, alterna, cordata, lato-lanceolata, obtuſa, (linguæformia,) integra, rigidiuſcula, gla-

glabra. *Cirrus* brevis ad baſin cujuscunque petioli.

Pedunculi petiolis longiores, teretes, uniflori.

Corollæ mediocres, fuſco - purpureæ, ſtriatæ, hexandræ.

Cal. o. *Cor. Tubus* baſi globoſus, medio coarctatus, teres, intus villoſus. *Limbus* elongatus, oblongus, obtuſus, reflexus. Infundibulum tubi in duas partes dividitur, unde corollæ quaſi bilabiatæ.

Stam. & Piſt. ut in congeneribus.

Capſulæ ſubrotundæ, hexagonæ, obtuſæ, glabræ, pendulæ.

Incolit ſepes Hiſpaniolæ, *ſolo calcareo. Floret vere.*

ARISTOLOCHIA *caudata*, foliis cordatis obtuſis apice emarginatis, lobis incumbentibus, labio caudato. S. V. l. c. n. 9.

Jacq. amer. 233. t. 145. optima.

Obs. Excludatur ſynonymon *Brownei (jam. 329. n. 2.)* ad A. grandifloram *(prodr. p. 126.)* amandandum.

ARISTOLOCHIA *odoratiſſima.* S. pl. R. 4. p. 58. n. 10.

Obs. Synonyma *Sloanei* & *Brownei* vera.

PISTIA. S. V. 825.

PISTIA *Stratiotes.* S. pl. R. 4. 62.

Descr. *Planta* natans.

Folia in roſæ formam diſpoſita, ſubſeſſilia, baſi cuneata, elliptica, integra, radiato-venoſa, ſuperne glauco-velutina.

Folia centralia minora, intima erecta, convoluta, tomentoſa.

Stolones ex radice ſub foliis, longi, aliis plantis minoribus terminati.

Deſcriptio quam dedit Ill. JACQUIN (amer. 234.) *bona, cui vero addere licet ſequentes circa characterem animadverſiones.*

Cal. Spatha tubuloſo-cucullata, lingulata, integra, apice obtuſo, vireſcens, extus pubeſcens, intus pallida, perſiſtens.

Corolla nulla, niſi ſpatham pro corolla habeas, ſed perſiſtens.

Filamentum laterale, breve, craſſiuſculum, infimæ rimæ parti oppoſitum, baſi diſco cyathiformi concavo integro viridi cinctum. *Antheræ* 3-6, ſubrotundæ, contiguæ, filamento apice inſidentes, luteæ.

Germen ex fundo tubi oblongum, dorſo ſpathæ adnatum, compreſſiuſculum, linea longitudinali baſi filamenti connexum. *Stylus l.* tubus breviſſimus, gibbus. *Stigma* verſus filamentum inflexum, apertum, ciliatum.

Capſula oblique inſidens, ſubcompreſſa, unilocularis, polyſperma.

Semina plura, nitida, oblonga, longitudinaliter dorſo adfixa.

OBS. Genus minime *Gynandrum*, ſed potius *Monadelphiis* inſeri debet. Numerus antherarum maxime variat 3-8. Tres vero fere ſemper mihi viſæ in plantis *Jamaicæ.*

Floret præcipue Aprili.

HELI-

HELICTERES. S. V. 825.

HELICTERES *Iſora β. Jamaicenſis.* S. V. 826. 2. b.

Obs. Diverſa ab *H. Iſora*, quæ diſtinguitur: *Ramis* glabriuſculis; *foliis* ellipticis, infima baſi tantum ſubcordatis, ſerratis; *pedunculis* ſimplicibus; *Fruĉtu* cylindrico, apice ſubulato longiore. Vid. H. jamaicenſem. *(Prodr. p. 98.)*

Char. ſpecific. *H. Iſoræ:*

Foliis ellipticis ſubcordatis ſerratis, fruĉtu apice ſubulato.

XYLOPIA. S. V. 826.

Obs. *Annonæ* proxima, ſed fruĉtu diverſa, & ſtylo unico. Ad *Polyandriam* referri debet, ſtamina enim, ut in *Annona*, germini contigua, ejusque baſi inſerta.

ARUM. S. V. 827.

ARUM *ſagittifolium.* S. V. 828. 12.

A. acaule, foliis triangularibus ſagittatis, angulis divaricatis acutis. Brown. jam. 332. 8.

CYNOMORIUM. S. V. 838.

CYNOMORIUM *coccineum*, (S. pl. R. 4. p. 89.) ſtipite ſquamoſo, amento cylindraceo, ſquamis imbricatis ovatis retuſis.

TYPHA. S. V. 841.

TYPHA *latifolia.*

T. ſimplex, foliis longis anguſtis compreſſis, ſpica duplici terminali. Brown. jam. 336.

Incolit paludes Jamaicæ rarius.

OLYRA. S. V. 842.

Charact. eſſentialis emendatus.

MASC. *Cal. Gluma* uniflora, ſubariſtata. *Cor.* nulla.

FEM. *Cal. Gluma* uniflora, patula, ovata. *Stylus* bifidus. *Sem.* cartilagineum.

Charact. naturalis correctior.

Maſculi flores infra femineos.

CAL. *Gluma* bivalvis, uniflora. *Valvulæ* lanceolatæ, acutæ, exterior ariſta minuta terminata.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* vix ulla l. breviſſima. *Antheræ* 3. lineares, longitudine glumæ.

Femi-

Feminei ſolitarii, terminales, majores.

CAL. *Gluma* bivalvis, uniflora. *Valvulæ* ovato - lanceolatæ, concavæ, ſtriatæ: exterior ariſta terminata.

COR. *Gluma* bivalvis, brevis, cartilaginea, mutica. *Valvula* una alteram includens, apice gibba, 3-plo major.

PIST. *Germen* ovatum, albidum. *Stylus* capillaris, longus, extra valvulas biſidus. *Stigmata* longa, plumoſa, patula, ſubcirroſa.

PER. *Gluma* corollina indurata, incraſſata, nitida, alba, ſemen includens, decidua.

SEM. oblongum, unicum.

OBS. Deeſt ſemper *Gluma corollina floſculi maris,* in utraque ſpecie.

OLYRA *paniculata*, culmo ramoſo, panicula terminali.

Olyra latifolia. S. V. 842. 1.

Coix arundinacea erecta, indiviſa, foliis brevioribus, latiuſculis, ſpica racemoſa terminali. Brown. jam. 335.

Gramen paniceum majus, ſpica ſimplici lævi, granis petiolis inſidentibus. Sloan. h. 1. 107. t. 64. f. 2.

DESCR. *Radices* filiformes, longæ, craſſiores.

Culmus erectus, orgyialis, geniculatus, teres, inferne ramoſus. *Genicula* ſimplicia.

Folia vaginantia, ad exitum vaginæ quaſi breviter petiolata, lato-lanceolata, acuminata, horizontalia,

talia, patula, glabra, ſtriata, inferne ſtriato-lineata. *Vaginæ* pubeſcentes.

Panicula terminalis, erecta, patens, multiflora. *Rami* angulati, ſcabri, flexuoſi.

Spiculæ maſculæ numeroſæ, ramis paniculæ adpreſſæ, alternæ, pedicellatæ, plerumque 3 contiguæ. *Pedicelli* flexuoſi, filiformes, breves.

Flos femineus ſolitarius, terminalis in *ſpicis maſculis*, 3-plo major.

Incolit fruticeta arida Jamaicæ.

Floret a menſe Januario in Julium.

CAREX. S. V. 842.

CAREX *lithoſperma.* S. V. 846. n. 45.

Obs. Eſt genus graminis, ſub Scleriæ nomine in *Act. Holm. 1765. p. 144.* a Cel. Bergio deſcriptum, habitu & fructificatione a Caricibus alienum. Schœnis quidem in multis aſſimilatur, floribus vero ſemper monoicis &c. diſtinctum, et pluribus ſpeciebus conſtans, charactere in *prodromo (p. 18.)* obvio, proprium conſtituere poteſt genus.

Carex lithoſperma Syſt. veg. & *Schœnus lithoſpermus* Spec. plant. ed. 2. *ſunt Scleria flagellum* (prodr. p. 18. 1.) *diſtincta a Scirpo lithoſpermo.* Spec. pl. ed. 1. p. 51.

Plures hujus generis ſpecies enumerat Cl. Retzius Obſ. Bot. faſc. IV.

OMPHA-

OMPHALEA. S. V. 846.

Charact. eſſentialis.

Monoic. ♂. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Filamentum* columnare, cui *Antherae* inſertæ.

♀. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Stigma* 3-fidum. *Capſula* carnoſa, trilocularis. *Nuces* ſolitariæ.

Charact. naturalis.

Flores maſculi.

CAL. *Perianthium* 4-5-phyllum, patens. *Foliola* duo oppoſita majora, ovata, convexa, colorata.

COR. nulla. *Nectarium Glandulæ* 4, l. annulus carnoſus, ſtamen cingens.

STAM. *Filamentum* unicum, columnare, craſſum, breve. *Antheræ* duæ, oblongæ, incumbentes, apice connatæ, marginæ polliniferæ; l. unica, convexo-plana, 3-fida.

Flores feminei in eodem racemo cum Maſculis.

CAL. *Perianthium* 5-phyllum. *Foliola* 3. majora, ovata, germen cingentia.

COR.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* 3-fidum.

Per. *Capſula* oblonga l. ſubrotunda, carnoſa, obtuſe 3-gona, 3-locularis, 3-valvis.

Sem. *Nuces* ſolitariæ, ovatæ, duræ.

Observationes.

Monoicam Monadelpham rectius eſſe, indigitat affinitas cum *Hippomane* & *Gneto;* in utroque *Filamenta* ſingularia, *Antheris* geminis prædita. *Receptaculum* (ut dicitur) a diſco, filamenti inſtar, elevatum, (nec ſeſſile,) apice antheriferum, quod ex comparatione plurium ſpecierum patet. Aliæ dantur ſpecies Diandræ, ideoque ad Monadelphiam Diandriam (*Diclinis* præcedentibus claſſibus conjunctis) potius referendæ ſunt Omphaleæ, *O. triandra* tantum a regula excepta. Nomina trivialia ideo mutavi, quod hæc, inprimis O. diandræ, non bene a cæteris ſpecies diſtinguunt.

OMPHALEA *cordata*, racemis compoſitis folioſis terminalibus, foliis ſparſis cordatis, ſubtus villoſis, baſi biglanduloſis, caule ſcandente. Prodr. p. 96.

O. diandra. S. V. 846. 1. Aubl. guian. 843. t. 328.

Descr. *Caules* fruticoſi, ſcandentes, ſubdiviſi, divergentes, teretes, pubeſcentes.

Folia petiolata, alterna, cordata, acuminata, ſubcoriacea, craſſa, integra, glabra, ſubtus pubeſcentia.

Petio-

Petioli longiuſculi, laxi, biglanduloſi.

Glandulæ ad baſin folii, depreſſi, ſubrotundi.

Stipulæ ad baſin foliorum, parvæ, lanceolatæ, deciduæ.

Racemi terminales, compoſiti, ramoſi, divergentes, laxi.

Bracteæ lanceolatæ, pedicellatæ, obtuſæ, glabræ, ad baſin racemulorum.

Racemuli multiflori, floribus confertis, pedunculatis, parvis, viridibus.

♂. *Cal.* 4-partitus. *Laciniæ* ſubrotundæ, duæ majores.

Cor. o. *Filamentum* columnare breve, e centro diſci colorati, concavi, apice convexum.

Antheræ binæ, margine filamenti inſertæ, purpureæ.

♀. *Cal.* floris maſculi.

Germen ſubrotundum, trigonum. *Stylus* breviſſimus, carnoſus, trigonus. *Stigma* trifidum, villoſum.

Capſula magna, ſubrotunda, carnoſa, ſublutea, 3-locularis, 3-fariam dehiſcens, 3-ſperma.

Nuces fragiles. *Nuclei* oblongi, angulati.

Incolit fruticeta petroſa Jamaicæ, *alibique in* India occidentali. ♄

OMPHALEA *nucifera*, racemis compoſitis folioſis terminalibus; foliis ſparſis oblongis glaberrimis, baſi 2-glanduloſis, caule arboreo. Prodr. p. 96.

Omphalea triandra. S. V. 846. 2.

Omphalandria 2. Brown. jam. 335. ſed figura t. 22. f. 4. certe non hujus.

DESCR.

Descr. *Arbor.* *Trunco* 12-15-pedum, erecto, lævi.

Rami horizontaliter patentes, deflexi, cicatricati, ſubdiviſi.

Folia petiolata, elliptico-elongata, alterna, ſparſa, ſesquipedalia, nutantia, baſi attenuata, apice obtuſa, integra, glaberrima, nervoſa, baſi biglandulosa.

Petioli deflexi, longi, teretiuſculi, glabri.

Glandulæ geminæ, planæ, depreſſæ, rotundæ, medio perforatæ, humores exſtillantes.

Racemi terminales inter folia, ſolitarii, compoſiti, longitudine foliorum, nutantes, laxi.

Bracteæ petiolatæ, ſubaxillares, oblongæ, integræ, baſi biglanduloſæ.

Racemuli alterni, divaricati; *pedicellis* 2-3-floris maſculis; *feminco* unico in medio cujusque racemuli. *Tab. X. f. VI.*

♂. *Cal.* 5-phyllus. *Foliola* 3 majora, ovata, convexa, margine membranacea, colorata.

Cor. o. *Nectarium* Annulus carnoſus, ſanguineus.

Filamentum breviſſimum, columnare, purpureum e medio diſco. *Anthera* convexo-plana, purpurea, 3-fida, inciſuris 3 polliniferis.

♀. *Cal.* maris.

Germen oblongum, 3-gonum, lineis 6 ſtriatum. *Stylus* nullus. *Stigma* 3-fidum, perforatum.

Capſula pendula, magna, ſubrotunda, obtuſe trigona, 3-locularis, in 3-partes dehiſcens.

Nuces 3, duriſſimæ, atræ, oblongæ.

Nuclei ſolitarii, albidi, membrana lutea cincti.

Cotyledones 2-phylli, compreſſi, venoſi, longitudine nuclei.

Incolit Jamaicæ *ſylveſtria*, *ſæpe culta.* ♄

Anglis vulgo Cobnut. *Gallis:* Noiſettier.

Nuclei

Nuclei eſculenti ſapidi, ſolis cotyledonibus emeticis.
Rami l. petioli fracti humorem aquoſum tenacem effundunt.

TRAGIA. S. V. 847.

TRAGIA *volubilis*, caule filiformi volubili, foliis cordato-ovatis acuminatis. S. V. 847. 1.

Descr. *Caulis*; ſuffruteſcens, volubilis, ramoſus, laxus, teres, ſetis urens.

Rami filiformes, ſecundi, ſimplices.

Folia petiolata, alterna, cordata, anguſtiora, acuminata, ſerrata, deflexa, nervoſa, hiſpida ſetoſa.

Stipulæ lanceolatæ, oppoſitæ ad latera petiolorum. *Petioli* longi, hiſpidi.

Racemi pedunculati, axillares, ſolitarii, foliis longiores, filiformes, laxi, *floribus maſculis* numeroſis minutiſſimis, breviſſime pedicellatis; *bracteis* minutis ſubulatis ſub pedicellis; *femineis* ad baſin racemi, pedicellatis, ſolitariis, majoribus.

♂. *Cal.* 3-phyllus. *Foliola* ovata, concava, acuta, patentia, colorata, atropurpurea.

Cor. 0. *Filamenta* 3. breviſſima, contigua; *Antheræ* ſubrotundæ, luteæ.

♀. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0.

Germen ſubrotundum, 3-ſulcum, hirſutum. *Stylus* unicus, erectus, 3-fidus. *Stigmata* revoluta.

Capſula 3-cocca, ſubrotunda, 3-locularis, hiſpida; *loculis* extus callis duobus notatis, 1-ſpermis.

Incolit ſepes aridas calcareas Indiæ occidentalis. ♃

Z TRA-

TRAGIA *Mercurialis.* S. V. 847. 3. S. pl. R. 34. 119. 3.

Obs. Americana & Indica vix eadem planta. Synonymon & figura *Sloanei* huc relata, *Acalyphæ reptantis* ſunt. (*Prodr. p. 99.*)

PHYLLANTHUS. S. V. 847.

Obs. In pluribus ſpeciebus, quas vidi, *Filamentum unicum columnare* ſemper fuit, *antheris tribus, didymis l. ſimplicibus plerumque coalitis*, apice præditum. — Forte potius *Monadelphiæ* genus?

PHYLLANTHUS *Niruri.*

Descr. *Radix* filiformis, longa, alba.

Caulis pedalis, l. major l. minor, ramoſus, erectus, teretiuſculus, lævis.

Folia alterna, diſtantia, ſæpe tantum terminalia, pinnata.

Petioli filiformes, foliiferi, floriferi.

Pinnæ 8-12 parium, alternæ, petiolatæ, oblongæ, integræ, parvæ, glabræ.

Petiolnli breviſſimi. *Stipulæ* minutiſſimæ, geminæ, ad baſin pinnarum, coloratæ.

Flores breviſſime pedunculati, axillares, nutantes ſub foliis *).

Mares & Feminæ mixti, ſolitarii.

♂. *Cal.* 5-phyllus, foliolis ovatis, pallidis.

Cor. o. *Filamentum* columnare, teres. *Antheræ* 3 didymæ, contiguæ.

Glandulæ 5 ad baſin filamenti.

♀. *Cal.*

*) Character floris vid. Tab. X. f. IV.

♀. *Cal.* 5-phyllus. *Foliola* ovata.
Germen ſubrotundum. *Styli* 3, 2-fidi. *Stigmata* obtuſa.
Capſula ſubrotunda, 3-locularis, lineis tribus notata, 6-valvis. *Sem.* 6. oblonga, angulata.
Incolit paludoſa montium Jamaicæ, *nec non ripas fluviorum* Hiſpaniolæ.
Obs. Eandem vidi ex feminibus ab *India orientali* allatis in Jamaica vigentem florentemque.

PHYLLANTHUS *bacciformis.* S. V. 847. 4.

Obs. *Mas.* Cal. *6-partitus.*
Filamentum *unicum.* Antheræ 3 didymæ, coalitæ, quaſi una 6-ſulcata, l. per 6 ſulcos pollen effundens.

PHYLLANTHUS *Emblica.* S. V. 847. 6.

Obs. *Mas. Filamentum* breviſſimum, columnare. *Antheræ* 3. minutæ, coalitæ.

URTICA. S. V. 849.

Char. eſſentialis.

♂. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Nectarium* cyathiforme centrale.

♀. *Cal.* 2-valvis l. 4-phyllus. *Cor.* o. *Stigma* ſeſſile, villoſum. *Semen* nitidum.

Character genericus.

* *Maſculi Flores.*

CAL. *Perianthium* 4-phyllum. *Foliola* ovata, acuta, concava, colorata.

COR. nulla. *Nectarium* in centro floris, urceolatum, integrum, inferne anguſtius, minimum: aut nullum.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, calyce duplo longiora, ante floreſcentiam intra ſingulum foliolum calycis ſingula conduplicata, elaſtice erumpentia. *Antheræ* oblongæ, didymæ.

PIST. rudimentum, aut nullum.

* *Feminei in eadem vel diſtincta planta.*

♀. CAL. *Perianthium* bivalve aut 4-phyllum. *Foliola* ovata, concava, erecta, perſiſtentia.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum, compreſſum. *Stylus* nullus. *Stigma* obliquum, villoſum.

PER. nullum. Calyx connivens.

SEM. unicum, ovatum, compreſſum, nitidum.

OBS. Nectarium in pluribus deeſt. Plurimæ ſpecies mites; quædam dioicæ. Omnes tetrandræ, præter *U. bacciferam*, quæ partem quintam numeri addit.

Eſſentia generis conſiſtit in Infloreſcentia *racemoſa*. Piſtillo *ſtylo orbato*, ſtigmate *villoſo*.

UR-

URTICA *grandifolia.* S. V. 849. n. 5.

Obs. Variat *caule pedali ad 4-pedalem;* foliis *usque ad longitudinem ſpithamæam.*

Racemis minoribus, ad maximos diffuſos, foliis ſæpe majores.

Floribus albis, viridibus & rubris.

Flores monoici.

Incolit umbroſa ſubhumida (humilior in ſiccis) Indiæ occidentalis. *Floret media æſtate.*

URTICA *cylindrica.* S. V. 850. n. 10.

Obs. Diverſa ab *Urticis* Inflorefcentia & ſtylo; ſuoque charactere *Bœhmeriæ* Jacq. proxima. vid. Boehmeriam *cylindricam.* *Prodr. p. 34.*

URTICA *Parietaria*, foliis (ramulis l. foliolis) oppoſitis, ovato-lanceolatis, integris, caule ramoſiſſimo, floribus dioicis.

Descr. *Radices* numeroſæ, longæ, filamentoſæ.

Caulis herbaceus, inferne ſuffruteſcens, 2-8-pedalis, ramoſiſſimus, erectus, angulatus, 4-queter, ſtriatus.

Rami longi, ſubdiviſi, 4-angulares, rubri; ramulis filiformibus, foliis oppoſitis, laxis, glabris.

Folia petiolata, ramulis oppoſita l. in ramulis foliolis l. racemis oppoſita, ovato-lanceolata, integra, 3-nervia, venoſa, margine ciliata.

Foliola ejusdem formæ, 2-4-plo minora.

Petioli longi, patuli, rubri.

Racemi axillares, terminales, oppoſiti. *Pedunculi* petiolis longiores, filiformes, colorati, 4-quetri, erecti, glabri.

Flores dioici.

Flores maſculos non vidi.

Flores feminei minutiſſimi, racemulis paniculatis.

Cal. 2-valvis. *Cor.* nulla.

Germen ovatum; compreſſiuſculum. *Stylus* o. *Stigma* villoſum.

Semen minutiſſimum, nigrum, nitidum.

Incolit montes altos Americæ meridionalis.

Floret toto anno.

URTICA *baccifera.* S. V. 850. n. 22.

Descr. *Arbuſcula.*

Truncus 18-16-pedalis, ſimplex, apice ſubdiviſus, ſcabroſus, aculeatus.

Aculei craſſi, breviuſculi, exſtantes, longitudinaliter caulem occupantes.

Rami herbacei, aculeati, peſſime urentes.

Folia magna, ſpithamæa, petiolata, cordato-ovata, ſerrata, nervoſa, glabra.

Nervi ſubtus, petiolisque aculeati.

Pagina ſuperior foliorum punctis convexis, aculeo terminatis, adſperſa.

Racemi caulini, multipartiti, aculeati, rubri.

Flores terminales in ramulis racemorum, ſeſſiles, dioici.

Maſc. *Cal.* 1-phyllus, convexus, 5-fidus. *Limbus* patens, parum reflexus; *laciniis* lanceolatis, rubris. *Nectarium:* fundus calycis cyathiformis, albus.

Filamenta 5, baſi craſſiora, apice attenuata, laciniis calycis duplo longiora, infra diviſuras calycis margine fixa. *Antheræ* 3-loculares, ſubrotundæ, albidæ.

Piſtilli rudimentum in medio.

Fem. *Cal.* 4-lobus. *Lobi* duo paullo majores.

Ger-

Germen ovatum, acutum, compreſſum, viride. *Stylus* o. *Stigma* villoſum, purpureum.

Calyx baccatus, grandeſcens, germen initio ad medium amplectens, dein *Baccæ* inſtar evadit, oblongæ, apice obtuſæ, 4-lobæ, ſemen includentis, albæ, pellucidæ.

Semen minutum, nigrum.

Habitat in montibus altis umbroſisque locis Americæ meridionalis. ♄ *Vere florens.*

AMBROSIA. S. V. 852.

AMBROSIA *elatior.* S. V. 852. 2.

Ambroſia elatior, foliis artemiſiæ atrovirentibus. Sloan. cat. 38.

DESCR. *Planta* herbacea, annua.

Caulis 2-3-pedalis, erectus, ramoſus.

Folia bipinnatifida, acumine longiori, nervoſa, rugoſa, hirſutiuſcula.

Racemi paniculati, terminales, *ramulis* oppoſitis 4-6-uncialibus, laxis, erectiuſculis.

Flores maſculi ſuperiores, numeroſiores, approximati, ſparſi, nutantes.

Cal. communis monophyllus, 5-dentatus, cyathiformis; *floſculis* minutiſſimis.

Cal. proprius minutiſſimus, 5-fidus.

Cor. 5-partita, magnitudine calycis, *laciniis* ovatis, acutis.

Filamenta 5. *Antheræ* oblongæ.

Rudimentum piſtilli.

Radii flores 5-6 minores.

Cal. 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Petala* linearia. *Stam.* o. *Germen* o. *Stylus* erectus, craſſus, pellucidus. *Stigma* penicilliforme. *Per.* nullum.

Flores feminei inferiores, pauciores, ſeſſiles, 3-6 aggregati.

Cal. nullus, niſi foliola minuta lanceolata inter germina. *Cor.* nulla.

Germen oblongum, anguloſum. *Stylus* 2-partitus. *Stigmata* recurvata, ſimplicia.

Nux medio 5-dentata, apice acuminata, monoſperma.

Incolit ſterilia arenoſa ſaxoſa, ad ripas fluviorum Jamaicæ auſtralis. ⊙

Floret a menſe Februario in Junium.

Obs. Facies & ſapor *Artemiſiæ Abſinthii.*

PARTHENIUM. S. V. 852.

PARTHENIUM *Hyſterophorus.*

P. ſubhirſutum, ramoſum, foliis multipliciter inciſis, floribus terminalibus. Brown. jam. 340.

AMARANTHUS. S. V. 854.

AMARANTHUS *polygonoides.* S. V. l. c. 14.

Descr. *Radix* longiſſima, ſimplex, craſſa.

Caules numeroſi, procumbentes, humifuſi, ſimpliciuſculi, longi, herbacei.

Folia petiolata, baſi cuneata, ovata, minora, apice parum emarginata cum ſetula minuta, maculato-alba, nervoſa, glabra. *Nervi* pallidi. *Petioli* marginati.

Flo-

Flores aggregati, vireſcentes, albidi, monoici.

Maſculi conglomerati, minutiſſimi, vix nudis oculis examinandi.

Bracteolæ minutæ, ſubulatæ, *floribus* intermixtæ.

Feminei numeroſiores, albidi.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* æqualia in infundibulum conniventia, *limbo* patulo, membranaceo, ſtriato, albido.

Germen ovatum, longitudine calycis. *Styli* 3. capillares, albidi. *Stigmata* ſimplicia.

Capſula circumſciſſa, 1-ſperma. *Sem.* nitidum, nigrum.

Incolit culta Jamaicæ. ⊙

Toto anno florens.

AMARANTHUS *ſpinoſus.* S. V. l. c. n. 24.

A. aculeatus rufeſcens, floribus confertis ſeſſilibus, capitulis alaribus. Brown. jam. 340. 1.

GUETTARDA. S. V. 855.

Observatio.

Ad Hexandriam referenda eſt, comparatis pluribus ſpeciebus hujus generis, licet aliæ, etiam tetrandræ, in *India occidentali* occurrant ſpecies. *Prodr. p. 59.*

GUETTARDA *ſpecioſa.*

Obs. Variat numero partium floris: laciniarum, ſtaminum, feminumque.

Guettarda. Osbeck. it. p. 275. *vix eadem ſpecies.*

Guettarda ſpecioſa. Aubl. guian. 317. *nova & diſtincta a G.* Linnæi *& Haleſia* Brownei.

CERATOPHYLLUM. S. V. 856.

CERATOPHYLLUM *demerſum.* S. V. l. c. n. 1.

C. foliis verticillatis & tuberculatis, multifarium inciſis; laciniis conicis acutis. Brown. jam. 345.

Occurrit rarius in paludoſis Jamaicæ.

BEGONIA. S. V. 857.

BEGONIA *obliqua.* Syſt. pl. R. 4. p. 156.

Obs. Synonyma in *Syſt. plant.* huc allatæ, plurium varietatum non ſunt, ſed ad veras ſpecies diſtinctas ſpectant. e. g.

Rumex — Brown. jam. 203. *& Begonia roſeo flore, glabra.* Plum. 20. ic. 45. f. 3. Jacq. obſ. 2. 11. Begoniæ purpureæ (prodr. p. 86.) *ſunt.*

Aceris fructu herba anomala — Sloan. h. 1. p. 199. t. 127. f. 1, 2. *& Begonia nivea maxima* — Plum. ic. 45. f. 1. *ad Begoniam ſcandentem* (prodr. p. 86.) *referenda.*

Begonia roſeo flore — hirſuta. Plum. ic. 45. f. 2. Barr. æquin. 21. *B. hirſutæ* Aubl. guian. *conveniunt.*

Begonia — folio orbiculari — Plum. ic. 45. *Begonia capenſis.* Suppl. S. V. 857. n. 2. *eſſe videtur, eademque cum Empetro acetoſo,* Rumph. amb. 5. t. 109. f. 2. *Hæc omnium diſtinctiſſima* foliis radicalibus, ſcapisque teretibus.

PI-

PINUS. S. V. 860.

PINUS *Strobus.* S. V. l. c. n. 5.

Obs. Synonymon *Plum. Sp. 17. ic. 161.* quod in *Spec. pl.* conferre jubet Ill. *a* Linne', ad Pinum *occidentalem, (prodr. p. 103.)* pertinet.

ACALYPHA. S. V. 862.

ACALYPHA *virginica.* S. pl. R. 4. p. 182. 1.

Obs. Exclude ſynonymon *Brown. jam. 346. n. 2. t. 36. f. 2.* quod *A. virgatæ* omnino eſt.

ACALYPHA *virgata.* S. pl. R. 4. 182. 2.

Obs. Deleatur *Brown. jam. 346. 1. t. 36. f. 1.* novæ cujusdam ſpeciei ſynonymon.

CROTON. S. V. 863.

CROTON *Caſcarilla.* S. pl. R. 4. 183. 2.

Obs. Croton lineare *Jacq. am. 256. t. 162. f. 4.* ſola hujus videtur varietas. Variat enim foliis latioribus & anguſtioribus; hæc in littoribus maritimis, illa in dumoſis a mari remotioribus *Indiæ occidentalis* frequens.

Flores dioici.

CROTON *humile.* S. V. 864. n. 17.

Descr. *Frutex* 2-pedalis, caule lævi, ramoſo. *Rami* apice incani.

Folia alterna, petiolata, cordata, integra, margine ſcabroſa, rufa, ſuperne ſcabra, ſubtus incana glu-

glutinoſa, lente verrucoſa: *verrucis* ſetis minutis albis, baſi contiguis, terminatis. *Petioli* hirſutiuſculi.

Spicæ terminales, erectæ. *Flores* monoici.

Maſculi ſuperiores 5-7, minores, albidi.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* incana.

Petala 5. alba, foliolis calycinis æqualia.

Filamenta 20-24, baſi connata. *Antheræ* compreſſæ, albidæ.

Feminei inferiores, majores, vireſcentes.

Cal. 5-phyllus. *Foliola* tomentoſa l. incana.

Cor. o. *Germen* 3-ſulcatum, hirſutum. *Styli* 3. baſi contigui, albi, ad medium 4-partiti. *Stigmata* alba, dein ruſeſcentia.

Capſula 3-cocca, hirſutiuſcula. *Sem.* ſolitaria, ſubrotunda.

Habitat in apricis aridis maritimis Jamaicæ auſtralis.

Odor totius herbæ fortis, balſamicus.

CUPANIA. S. V. 864.

Obs. Eſt genus *Octandriæ Claſſis* ante *Allophylum*, floribus polygamis l. pluribus abortientibus.

Charact. eſſentialis correct.

Calyx 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Petala* apice cucullata. *Stylus* 3-fidus. *Capſula* 3-locularis. *Sem.* ſolitaria.

Cha-

Charact. naturalis.

CAL. *Perianthium* 5-phyllum, inferum. *Foliola* ovata, acuminata, concava.

COR. *Petala* 5. unguiculata, erecta, apice convoluto-cucullata, ciliata.

Nectarium annulus carnoſus, germen & ſtamina cingens.

STAM. *Filamenta* octo ex baſi corollæ, inferne latiora, villoſa, longitudine petalorum. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum, trigonum. *Stylus* longitudine ſtaminum, ſubulatus, apice 3-fidus. *Stigmata* parva, erectiuſcula.

PER. *Capſula* obtuſe trigona, magna, 3-locularis, monoſperma.

SEM. ſolitaria, ſphærica l. oblonga, *arillo* colorato ſupra dimidium adnato.

Ordo natural. XXIII. c. ante *Sapindum.*

CUPANIA *americana.* S. V. l. c.

OBS. Planta a PLUMIERO mutuata, nondum rite examinata, forte eadem ac TRIGONIS *tomentoſa Jacq. am. 102.* l. CUPANIA *tomentoſa. Prodr. p. 61.*

Inquirent Autoptæ!

Plures hujus generis ſpecies vid. prodr. l. c.

JA-

JATROPHA. S. V. 865.

Obs. Genus difficillime determinandum; character enim difformis, in diverſis ſpeciebus varians:

in Floribus maſculis; Calyce *5-phyllo l. 5-fido.*
Corolla *5-petala l. 5-fida, aut nulla.*
in Femineis: Calyce *5-phyllo l. 5-partito.*
Corolla *5-partita l. 5-petala, aut nulla.*

Tamen, niſi læſo genere maxime naturali, in plures vix dilacerandum.

Habitus & inflorescentia *Jatropham* a congeneribus diſtinguunt: *Ricino* omnium proxima eſt, ſolo fere numero ſtaminum ab *Illa* charactere diverſo.

JATROPHA *goſſypifolia.* S. pl. R. 4. p. 190. 1.

Obs. Deſcriptio *Royeni* ex ſequenti corrigenda, in loco natali facta.

Descr. *Caulis* 2-3-pedalis, herbaceus, ramoſus, glaber. *Rami* ſubdiviſi, teretes, *ciliis l. ſetis* ramoſis glanduliferis baſi obſiti.

Folia digitata, 5-partita; *lobis* ovatis, acutis, ſerratis, denticulato-ciliatis. *Cilia* glandulosa.

Pedunculus communis terminalis, *partialibus* cymoſis, bifidis; floribus *maſculis* copioſioribus; *femineis* ſolitariis in dichotomia pedunculorum.

♂. *Cal.* 5-phyllus. *Foliola* ovata, acuta, ciliata.

Corolla profunde 5-partita, atropurpurea, *laciniis* ovatis.

Glandulæ 5. nectariferæ ſubrotundæ ad baſin ſtaminum.

Filamenta 10-12 a baſi ad medium coalita, longitudine corollæ. *Antheræ* flavæ, 2-fidæ, ovatæ.

♀. *Cal.*

♀. *Cal. & Cor.* maris. *Nect.* o.

Germen ſubrotundum, obtuſe 3-gonum. *Stylus* ex baſi 3-fidus. *Stigmata* dilatata, 2-fida.

Capſula ovata, 3-gona, retuſa, 3-cocca, 3-locularis.

Semina ſolitaria.

Incolit ruderata & culta Indiæ occidentalis. ♃

JATROPHA *moluccana.* S. V. 865. 2.

Obs. Diſtinctum conſtituere debet genus, quod inter plantas maris pacifici in Opere ſplendidiſſimo Bankſiano, orbi Botanico exoptatiſſimo, illuſtratum forte patebit.

JATROPHA *Curcas.* S. V. l. c. n. 3.

Descr. *Caulis* orgyialis, ſuffruteſcens, teres, glaber, ramoſus.

Folia cordata, 5-angulata; angulis baſeos rotundatis, cæteris acutis.

Flores cymoſi, terminales, pedunculis alternis erectis multifloris, *floribus* fere aggregatis, pedicellis breviſſimis.

Maſculi copioſi, *feminei* ſeſſiles rariores ſolitarii in medio cymæ.

♂. *Cal.* 5-phyllus. *Foliola* ovata, convexa.

Cor. ad baſin 5-partita, pallide lutea.

Filamenta 10-14 a baſi ad medium connata. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

Glandulæ 5. ad baſin filamentorum.

♀. *Cal. Cor.* maris; hæc viridis, major.

Germen ſubrotundum, obtuſe 3-gonum. *Stylus ſupra* medium 3-partitus, apicibus 2-fidis. *Stigmata* obtuſa.

Capſula oblonga, obtuſe 3-gona, 3-locularis, magna. *Sem.* ſolitaria, nigra.

In-

Incolit campos & ruderata Indiæ occidentalis.

Obs. Semina draſtica & emetica.

JATROPHA *multifida*. S. V. l. c. n. 4.

Descr. Arbuſcula. *Caulis* ſuffruteſcens, glaberrimus, ramoſus. *Rami* patentes.

Stipulæ ſetaceæ, multifidæ, ad baſin ramorum petiolorumque.

Foliola alterna, ſubpeltata, multifida. *Laciniæ* pinnatæ cum impari longiori, glabra inferne caudicantia.

Pedunculi terminales, longiſſimi, teretes, craſſi, glaberrimi, ſubdiviſi. *Pedicelli* colorati corymboſi. *Floribus* phœniceis, parvis.

Maſculi numeroſiores. *Feminei* ſolitarii, ſubſeſſiles.

♂. *Cal.* 5-fidus, coloratus.

Cor. *Petala* 5. ovata, integra.

Nectarium 5-partitum, ſtamina cingens.

Filamenta 8. rubra, baſi coalita. *Antheræ* ovatæ, luteæ.

♀. *Cal.* 5-partitus, coloratus. *Cor.* 5-petala. *Petala* ovata, rubra.

Germen 3-gonum, viride. *Styli* 3. breviores, rubri, apice 2-fidi. *Stigmata* obtuſa.

Capſula magna, oblonga, 3-cocca.

Semina ſolitaria, rotunda.

Provenit culta in hortis Jamaicenſium. ♄

Obs. Tota planta liquorem aqueum tenacem exſtillat.

STER-

STERCULIA. S. V. 866.

OBSERVATIONES.

Ex eadem ratione, qua *Heliſteres*, *Paſſiflora*, *Kleinhovia* &c. Gynandris olim adnumeratæ fuerunt, *Sterculia*, floribus hermaphroditis in quibusdam ſpeciebus prædita, etiam inter illos locum tenet, ideoque una cum illis in Monadelphiam migrare debet.

Ivira pruriens. Aubl. guian. 694. t. 279. hujus eſt ſpecies. Prodr. p. 98.

HIPPOMANE. S. V. 866.

HIPPOMANE *Mancinella*, S. V. l. c. n. 1.

DESCR. *Arbor: Trunco* mediocri, cortice griſeo, lævi, craſſo, lacteſcente; *ligno* duro flaveſcente, venis griſeis l. nigricantibus.

Rami patentes.

Folia petiolata, ovata, baſi rotundata, acuminata, margine crenata, diametro 2-pollicari, craſſiuſcula, obſcure viridia, nitida, ſubtus pallidiora, lacteſcentia, nervoſa.

Petioli 12-15 linearum longitudine, marginati.

Flores amentacei, l. ſpicati, monoici.

Amenta conferta, terminalia, 1-2-pollicaria: *maſculis* pluribus; *femineis* paucis diſtinctis baſi inſertis, l. a *maſculis* diſtinctis, lateralibus.

Flores maſculi 3-4 conferti, (*in amento.*)

Perianthium commune 1-phyllum, obtuſum: *proprium* 2-partitum, turbinatum, *dentibus* obtuſis minutis.

Cor. nulla. *Filamenta* 1-2-3-4, baſi connata, calyce longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.

Feminei: Perianthium 3-fidum, minutum, caducum. *Cor.* nulla. *Germen* ovatum, magnum. *Stylus* nullus. *Stigmata* 3. bipartita, acuta, reflexa.

Drupa globoſa, maxima, ſtigmatibus perſiſtentibus, viridi- l. luteo-rubicunda, magnitudine pomi minoris, glabra, carne ſpongioſa molli, odore ſuavi, ſapore inſipido, cauſtico, ardente.

Nux lignoſa, excavata ſulcis & apophyſibus; 3-5-locularis.

Semina ſolitaria, trigona, pellicula nitente argentea tecta, ſapore fructus avellanæ.

Incolit littora arenoſa ſalſa aprica Indiæ occidentalis. *Floret Menſe Majo, fructum maturat Julio.*

HIPPOMANE 2-*glanduloſa*. S. V. l. c. 2.

Laurifolia arbor venenata, folio leviter ſerrato oblongo, obtuſo, copioſum lac præbens. Sloan. cat. 136. h. 2. p. 39. *Sapium.* Brown. jam. 338.

DESCR. Arbor 20-50-pedalis. *Cortex* lævis fuſcocineraſcens.

Folia in junioribus ſæpe pedalia, in adultis breviora, oblonga, elliptica, apice obtuſa, crenatoſerrata, conſiſtentia, læte virentia, baſi 2-glanduloſa.

Spicæ terminales & laterales, confertæ, l. potius *Amenta* dicendæ.

Amentum unicum florum tantum maſculinorum primo tempore floreſcentiæ plantæ, in medio inter alia parva ſurgit, effloreſcit, decidit.

Squamæ craſſæ glandularum inſtar amentum tegunt, plerumque binæ, aliis binis oppoſitæ, ovatæ, craſſæ, adpreſſæ, adnatæ.

Perianthium e ſinu ſquamarum binarum, tubuloſum, irregulariter 4-fidum, ſanguineo-coloratum. *Cor.* o.

Fila-

Filamenta 2, baſi connata, reflexa, calyce longiora, ſanguinea. *Antheræ* didymæ, margine ſuperiore dehiſcentes. *Pollen* luteum. *Atomi* oblongi, (lente viſi) ſtriis 2 pellucidis.

Menſe fere exacto, primo amento delapſo, cicatricem relinquente, *amenta* minora baſeos elongantur, florentque; floribus *maſculis* ſuperne, *femineis* infra in eodem amento inſidentibus.

Squamæ ut ſupra.

Flores maſculi ut antea.

feminei: Squamæ binæ ad ſingulos flores, germina amplectentes.

Cal. 3-fidus. *Laciniæ* duæ ſupra ſquamas ad latera, reliqua poſtica. *Cor.* o.

Germen ovatum, poſtice amento adnatum. *Stylus* 3-partitus. *Stigmata* craſſa, ſimplicia.

Capſula oblonga, ſub-3-gona, tandem 3-cocca, parva, 3-locularis, 3-valvis.

Semina orbiculata, glabra, ſolitaria.

Incolit montes Indiæ occidentalis. ♄

Floret Martio & Septembri.

Lignum molle. Tota arbor ſuccum lacteum abunde ſtillat, ſiccatum gummoſum, inodorum, obſcurum.

Obs. *Sapium aucuparium Jacq. am. 249. t. 158.* diverſum videtur, foliis longioribus, acuminatioribus, ſerratis, apice ſubcartilagineo - roſtratis; ſpicis ſubſolitariis. *H. biglanduloſa — Aubl. guian.* 885. eadem ac *Jacquini.*

SICYOS. S. V. 870.

Obs. Hujus ſpecies eſt *Sechium. Brown. jam. 355. Prodr. p. 116.*

CATURUS. S. V. 882.

CATURUS *ramiflorus*. S. V. l. c. n. 2.

Obs. *Stylo* ſimplici & ſemine unico a *Caturo* diſtinctus & *Urticis* proximus, quibus aſſociatus fuit a *Brown. jam. 338. n. 10*. Sed, nomine & charactere *Bœhmeriæ*, rectius poſt *Urticam* in Syſtemate locum occupat.

Bœhmeriam ramifloram & plures ejusdem generis ſpecies, vide Prodr. p. 34.

TROPHIS. S. V. 882.

TROPHIS *americana*. S. V. l. c. 1.

Descr. *Arbor* 20-pedalis & infra.

Rami erectiuſculi, teretes, læves.

Folia oblonga, acuminata, apice obtuſo, integra, ſubtus reticulato-venoſa, pallidiora.

Flores maſculi amentacei.

Amenta pedunculata, teretiuſcula, pollicaria, erecta, axillaria, ſubſolitaria.

Flores approximati, minuti, albidi, 4-andri.

Feminei racemoſi.

Racemi axillares, gemini, petiolis longiores, 7-8-flori; *floribus* ſeſſilibus, alternis, horizontalibus.

Cal. Cor. nulla. *Germen* ovatum, pubeſcens. *Stylus* ad baſin 2-partitus, laciniis longitudine germinis, patulo-deflexi, ferrugineo-hirſuti. *Stigmata* ſimplicia.

Drupa ſtriata, monoſperma.

Trun-

Trunco arboris inciſo, l. ramulis fractis, lacteſcit. Succus viſcoſus, albiſſimus. Folia ramulique teneri pecoribus grata.

Floret vere locis apricis ſiccis Indiæ occidentalis. ♄

BATIS. S. V. 883.

BATIS *maritima.*

DESCR. *Caulis* 1-4-pedalis, ramoſus, erectus, 4-gonus; *ramis* decuſſatis, oppoſitis, 4-quetris; *ramulis* oppoſitis, angulatis.

Folia oppoſita, ſeſſilia, 3-gono-teretiuſcula, ſucculenta, glabra, pallide viridia.

Flores dioici. *Amenta* axillaria. *Maſcula* ſubſeſſilia, *feminea* ſubpedicellata.

♂. *Amentum* conicum, 4-fariam imbricatum: *ſquamis* ſubrotundis, ovatis, imbricatis, concavis, margine membranaceis.

Cal. Cor. nulla, niſi *ſquamæ* cucullatæ, minimæ, (*Spathæ Jacq.*) intra baſin ſingulæ *ſquamæ*, pallidæ.

Filamenta 4. ſquamis amenti longiora, ſubulata, alba. *Antheræ* incumbentes, luteæ.

♀. *Amentum* oblongum, e germinibus inordinatis compoſitum, *ſquamis* duabus (*Involucra Linn.*) baſi ſubjectis.

Cal. Cor. nulla. *Germina* coadunata, compreſſiuſcula, difformia, obtuſa; *ſquamulis* minutis baſi cuiuscunque germinis adnatis, ſubrotundis, medio adfixis, apice acutis, margine albidis. *Stylus* o. *Stigmata* ſubcapitata, 2-loba, ſeſſilia, pubeſcenti-villoſa.

Baccæ coadunatæ, amento adnatæ, ſucculentæ, 2-4-ſpermæ.

Toto anno floret; incolit campos argillaceos ſæpe mari inundatos, cum Avicennia, Annona uliginoſa & Echite biflora. ♃.

Obs. Bucephalon Plumieri *minime huc pertinet.*

VISCUM. S. V. 883.

Obs. Viſcum opuntioides & verticillatum *ambo triandra ſunt.*

MYRICA. S. V. 884.

MYRICA *ceriſera.* S. V. 884. 2.

Descr. *Arbor* ſæpe 30-pedalis, *l. Frutex.*

Truncus cortice verrucoſo. *Rami* inæquales; ſtricti.

Folia ſempervirentia, lanceolata, apice obtuſa, ſubconferta, membranaceo-rigida, rugoſa, glabra, ſubtus *poris* glanduloſis nitidis minutiſſimis fulvis tecta.

Flores amentacei, dioici.

Maſculos non vidi.

Feminei: Amenta ſeſſilia, axillaria, linearia foliis breviora. *Squamæ* minutiſſimæ, inter quas ſingulas

Germen oblongum, minutum, ſquamis longius. *Styli* duo, filiformes, germinis longitudine. *Stigmata* reflexa, ſimplicia.

Bacca minuta, ſubrotunda, lutea, monoſperma.

In montibus altiſſimis Jamaicenſibus *provenit. Vere florens.*

Folia, flores, fructusque dum fricantur, odorem gratum, reſinoſum ſpirant.

ZAN-

ZANTHOXYLUM. S. V. 884.

ZANTHOXYLUM *Clava Herculis.* S. V. l. c. n. 1.

Z. foliis oblongo-ovatis pinnatis & leviter crenatis, floribus racemoſis, caudice ſpinoſo, ligno ſubcroceo. Brown. jam. 189.

Descr. *Truncus* aculeatus, ſæpe 30-40-pedalis. *Aculei* validiſſimi, baſi craſſi, apice angulati, acuti.

Folia pinnata.

Racemi terminales, compoſiti.

Flores polygami; *hermaphroditi & feminei*, in diverſis arboribus.

Hermaphr. Cal. 1-phyllus, minutus, 5-dentatus, patens. *Petala* 5, calyce 3-plo longiora, ovata, erectiuſcula, paullum incurva.

Filamenta 5 erecta, petalis 2-plo longiora, baſi inter petala inſerta. *Antheræ* oblongæ, baſi 2-fidæ.

Germen ſubrotundum. *Styli* 5. ſubulati, erecti.

Stigmata ſimplicia, erecta.

Per. abortiens.

Feminei: Cal. 5-dentatus. *Petala* 5-concava. *Stam.* 0. *Germina* 5 connata, quaſi unicum, ſubrotundum. *Styli* nulli. *Stigma* peltatum, plano-convexum, parum elevatum, 5-ſtriatum.

Capſulæ 5, connatæ, l. unica 5-loba, *lobis* bivalvibus, 1-ſpermis.

Semina ſolitaria, ſubrotundo-compreſſa, nitida, atra.

Habitat in ſylveſtribus Indiæ occidentalis. ♄

Floret Martio & Aprili.

IRESINE. S. V. 885.

IRESINE *Celoſioides*. S. pl. R. 4. 249.

Obs. Flores ſemper hermaphroditos inveni, nec plantæ deſcriptioni *Brownei (jam. 359.)* analoga mihi obvia fuit. An individua floribus dioicis diverſa?

Descr. Caulis erectus, pedalis ad orgyialem, ſuperne diviſus, teres, ſtriatus, glaber, laxus, ad inſertionem ramulorum geniculatus, geniculis tumidis.

Ramuli oppoſiti, patuli.

Folia oppoſita, petiolata, lanceolata, l. ovato-lanceolata, acuminata, glabra.

Paniculæ terminales, ramoſæ; *ramis* diffuſis, alternis, patentibus, *floribus* ſubſpicatis, floſculis breviter pedunculatis, ovatis, albidis. *Squamulæ* imbricatæ ad baſin floſculorum minutiſſimæ, nitidæ, luteſcentes.

Cal. l. Corolla 5-fida; *laciniis* acutis, erectis.

Filamenta 5 erecta, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, luteæ.

Germen ſubrotundum. *Stylus* breviſſimus, 3-fidus. *Stigmata* reflexa.

Calyx capſulæ loco ſemen includens nigrum, nitidum.

Lana alba inter ſquamas poſt efflorefcentiam erumpit.

Amat ariđiſſima ſolo cretaceo Indiæ occidentalis inter frutices, quibus ſuffulcitur. ⊙

Obs. *Celoſiæ* nimium affinis, ut tantum ejus ſpecies videatur.

FE-

FEUILLEA. S. V. 886.

FEUILLEA *cordifolia*, foliis cordatis angulatis trilobisque. S. pl. R. 4. 253. 2.

Obs. Duæ diſtinctæ varietates non ſunt, ſed una eademque ſpecies.

En deſcriptionem!

Caulis inferne ſuffruteſcens, ſuperne diviſus, ramis herbaceis (*ut in 3-lobata*) ad cacumina arborum ſæpe ſcandens, teretiuſculus, glaberrimus.

Folia petiolata, alterna, plerumque cordata, angulata, in plantis adultioribus cordató-lobata, inferiora 3-loba; *lobis* angulatis, craſſis, nervoſis, utrinque glaberrimis.

Flores racemoſi, dioici, luteo-fuſci.

♂. *Racemi* divaricati, laxi, racemulis erectiuſculis alternis, multifloris, *floribus* pedicellatis.

Cal. 5-partitus. *Laciniæ* convexæ, patentes, ovatæ, fuſcæ.

Cor. monopetala, rotata, ſemi-5-fida: *laciniis* convexis, ſubrotundis, ſtellula duplici centro impoſita.

Filamenta 5. baſi conniventia, reflexa, clavata, gibboſa, apice ſubcapitata quibus *antheræ* adnatæ, ovatæ, fundum verſus corollam ſpectantes, longitudinaliter medio dehiſcentes, albidæ.

Nectarium: filamenta 5 ad baſin corollæ, cum ſtaminibus alternantia, ſupra ſtamina incurva, compreſſa, lutea.

♀. non vidi.

Fructus: Pomum globoſum, corticoſum, durum, polyſpermum.

Semina. Nuces orbiculares, compreſſæ, ſcabræ, ferrugineæ. *Nuclei* forma nucis, albiſſimi.

Incolit ſylvas montium Jamaicæ. ♃

Obs. Planta tota amariſſima, præcipue ſemina. Antitoxica, Antiſyphilitica, emmenagoga, ſtomachica. Infuſionis ex nucleis, in Spiritu Sacchari maceratis, cochlear majus adhiberi poteſt.

Doſis aucta purgans, interdum emetica. Singularis eſt analogia hujus fructus cum *Faba Ignatii.*

Vulgo appellatur Anglis Antidote Cocoon.

DIOSCOREA. S. V. 888.

DIOSCOREA *alata.* S. V. 888. 5.

D. foliis cordatis, caule alato, bulbifero. Brown. jam. 359. 2.

CARICA. S. V. 891.

CARICA *Papaya.* S. V. 891. 1.

Papaya major flore & fructu majoribus. Sloan. cat. 202.

Descr. *Arbor* 10-20 pedum, ſubſtantia molli, frondoſa.

Folia terminalia, longiſſime petiolata, peltata, 5-7-loba; *lobi* irregulares: interioribus minoribus, ovatis, laciniato-inciſis, nervoſa, reticulato-venoſa, glabra.

Petioli fere pedales, teretes, glabri.

Flores polygami; maſculi & hermaphroditi diſtincti.

Maſculi racemoſi. *Racemi* longiſſimi, 2-3-pedales, compreſſiuſculi, erecti, ſucculenti, ramoſi; *ramis* oppoſitis, dichotomis; *floribus* congeſtis, ſubſeſſilibus, flavis, deciduis.

Cal.

Cal. minimus, 5-dentatus. *Dentes* breviſſimi, acuti.

Cor. infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, elongatus. *Limbus* 5-partitus: *laciniis* lanceolatis, obtuſis, revolutis, ſpiraliter tortis.

Filamenta 10. infra limbum tubo inſerta; 5-alterna, inferiora compreſſa, hirſuta. *Antheræ* oblongæ, latere interno filamentis adnatæ, luteæ.

Germen o. *Stylus* ſubulatus, longitudine dimidia tubi. *Stigma* o.

Flores Hermaphroditi ſubſeſſiles in caule ſub & inter folia, in diſtincto individuo.

Pedunculi breviſſimi, craſſi, ſubſquamoſi. *Corollæ* maſculis duplo majores.

Cal. 5-dentatus, parvus. *Dentes* ovati, acuti, patentes.

Cor. 5-partita. *Tubus* cylindraceus, baſi rotundatus. *Limbus* 5-partitus: *laciniis* lanceolatis, acutis, ſemireflexis, tortis.

Filamenta 10; 5 alterna breviora, ſubulata, omnia membrana baſi coalita. *Antheræ* ovatæ, erectæ, 2-valves, fertiles.

Germen ovatum, usque ad medium corollæ adnatum, obtuſe angulatum. *Stylus* o. *Stigmata* 3-5. patula, lata, compreſſa, multifida: *laciniis* breviſſimis, obtuſis.

Bacca maxima, ſulcis 3-5 angulata, unilocularis, polyſperma, carnoſa.

Semina numeroſa, ovata, viridia, glaberrima, tunicata, in medio baccæ nidulantia.

Trunco l. petiolis læſis, ſuccus limpidus aquei coloris exſtillat.

Fructus carnoſus luteus, mali ſapore, dulcis.

Culta in India occidentali. ♄

CIS-

CISSAMPELOS. S. V. 895. *)

CISSAMPELOS *Pareira*, foliis peltatis cordatis emarginatis integriſque.

a.) *glabra:* foliis ſubpeltatis cordatis, integris, ſubtus incanis.

b.) *hirſuta:* foliis ſubpeltatis, cordato-ſubrotundatis, emarginatis, tomentoſis.

Descr. *Caulis* ſcandens, volubilis, 10-15-pedalis, laxus, teres, ſtriatus, lævis l. hirſutus.

Folia ſubpeltata, cordato-ſubrotunda, integra l. emarginata, glabra l. tomentoſa (*panni inſtar.*) *Petioli* mediocres, teretes, reflexi.

Racemi compoſiti, axillares, dioici.

Maſculi ſubdiviſi, multiflori; floribus numeroſis congeſtis, fuſco-luteis, minutis.

Cal. 4-phyllus. *Foliola* lanceolata, obtuſa, concava, patentia, colorata. *Cor.* nulla.

Nectarium: diſcus calyce minor, rotatus, integer, paullum concavus, coloratus.

Filamentum unicum, breviſſimum, in medio nectarii. *Anthera* ſubrotunda, capitata, margine 4-partita (*nec antheræ 4.*) inciſuris polliniferis.

Racemi feminei ſimpliciores, pedunculis confertis (5-6) unifloris, floribus minutiſſimis, luteis.

Bracteæ petiolatæ, ſubrotundæ, craſſæ, ſub ſingulis pedicellis florum ſingulæ.

Cal. monophyllus. *Lacinia* lateralis, ovata, baſi attenuata, germine inferne adfixa.

Cor. *Petalum* unicum, intra laciniam calycis, dimidio minus, laterale, ovatum, obtuſum, convexum, baſi attenuatum, deciduum.

Ger-

*) Notæ characteriſt. floris hujus generis vid. Tab. X. f. V.

Germen oblique pedicello adfixum, ſubrotundum, hirſutum. *Stylus* ſubulatus, erectus. *Stigma* 3-fidum, patens.

Drupa ſubrotunda, compreſſa, monoſperma, coccinea.

Nux l. Semen duriſſimum, compreſſum, margine 3-pliciter rugoſo-echinatum, biloculare. *Cotyledones* ovatæ.

Incolit a.) fruticeta montoſa.

b.) campeſtria, calcarea Indiæ occidentalis. ♃

Obs. Non eſt femina *C. Caapebæ*, foliis baſi petiolatis integris diſtinctæ.

CLUTIA. S. V. 897.

CLUTIA *Eluteria.* S. V. 897. n. 7. S. pl. R. 4. 287.

Obs. Eſt ſpecies *Crotonis.* Synonyma omnia *C. Eluteriæ*, præter *Flor. Zeyl.*

Croton 4. Brown. jam. 347. *vix eadem planta. Vid.* Prodr. p. 100.

MUSA. S. V. 902.

MUSA *paradiſiaca.* l. c. n. 1.

M. ſpadice nutante, fructu triquetro oblongo majore. Brown. jam. 363. 1.

M. caudice viridi, fructu longiore falcato. Sloan. cat. 189.

MU-

MUSA *ſapientum.* l. c. n. 2.

OBS. Caudex nigro-maculatus; hoc ſtatim a *M. paradiſiaca* dignoſcitur.

ANDROPOGON. S. V. 903.

ANDROPOGON *bicorne.* S. V. 904. n. 17.

DESCR. *Culmus* 3-6-pedalis, erectus, ſimplex, teres, lævis.

Folia baſi vaginantia, linearia, acuminata, ſtriata, margine ſerrata.

Panicula terminalis, faſtigiata, longa, pedalis, laxa nec diffuſa.

Pedunculi numeroſi ex vaginis culmi terminalibus, erecti, faſtigiati, ramoſi, ſubdiviſi.

Pedicelli faſtigiati, filiformes, longi, erecti.

Spiculæ parvæ, terminales, piloſæ, exalbidæ, ſolitariæ l. geminæ.

Floſculi polygami, pedunculati, mutici, intra villum occultati.

Hermaphroditus ſubſeſſilis. *Maſculi* 1-2 ad latera. pedicellati, multo minores.

☿. *Cal.* *Gluma* bivalvis, ad baſin extus villoſa; *villus* longitudine glumarum. *Valvula* exterior alteram minorem includens; ambæ acutæ, muticæ.

Cor. *Gluma* 2-valvis. *Valvulæ* calycinis minores, tenerrimæ, albidæ, muticæ.

Ariſta nulla.

Filamenta 3. breviſſima. *Antheræ* atropurpureæ.

Germen ovatum. *Styli* 2. *Stigmata* ſubvilloſa, alba.

♂. ſo-

♂. ſolitarius l. gemini, pedicellati, ſteriles. *Pedicellus* floſculo hermaphr. duplo longior, piloſus. *Pili* longi albi.

Cal. Gluma bivalvis. *Valvulæ* minutiſſimæ, acutæ. *Cor.* o. *Stam.* o.

Incolit colles aridos Indiæ occidentalis. ♃.

Vulgo Angl. Fox-tail Graſs.

ANDROPOGON *inſulare.* S. V. l. c. 19.

Obs. Conformitas valvularum et abſentia ariſtæ hanc ſpeciem ab *Andropogone* quaſi alienam reddit. Deſunt etiam non raro flores maſculi, quorum veſtigia vix, niſi pedunculi minutiſſimi, videntur.

ANDROPOGON *faſciculatum.* S. V. l. c. 24. S. pl. R. 4. 305. 20.

Obs. Inſpectione herbarii Linnæani didici, hanc eandem eſſe cum *Agroſti radiata* Linn., quæ, aliis ſpeciebus conjuncta, ob peculiarem diſpoſitionem partium floris, novum conſtituere debet genus. vid. *Chlorin radiatam. Prodr. p. 26.*

Synonyma erronea; Brownei *diverſum,* & Sloanei ad *Paſpalum virgatum* amandandum.

ANDROPOGON *polydactylon.* S. V. l. c. 25.

Obs. Ad idem genus ac præcedens, eodem jure referri debet.

Chloris polydactyla. Prodr. p. 26.

HOL-

HOLCUS. S. V. 905.

HOLCUS *Sorghum.* S. V. l. c. n. 3.

Panicum erectum maximum, panicula ſtricta cylindracea erecta ariſtata. Brown. jam. 134. 7.

Colitur in India occidentali. ⊙

Vulgo Guinea Corn.

HOLCUS *ſaccharatus.* S. V. l. c. n. 5.

Panicum erectum maximum, paniculis plurimis declinatis. Brown. jam. 135. 9.

Milium indicum, arundinaceo caule. Sloan. cat. 25.

Culta in Jamaica.

Vulgo Guinea-Wheat.

APLUDA. S. V. 906.

APLUDA *Zeugites.* S. V. l. c. n. 3.

Descr. *Culmus* 1-2-pedalis, filiformis, geniculatus, ſubdiviſus, teres, vaginatus, glaber, ruſeſcens.

Folia ſubpetiolata, ovata, acuta, nervoſa, reticulata, glaberrima, læte virentia.

Petioli longiuſculi, filiformes, ex apice bifido vaginarum; *vaginæ* laxæ, ſine ligula, amplexicaules, ſtriatæ, ad genicula latiores.

Panicula terminalis, diffuſa, pauciflora, racemulis capillaribus patentibus.

Floſculi pedicellati, parvi, polygami.

Cal. Gluma communis ovata, retuſa, ſemiamplectens floſculum femineum ſeſſilem, & maſculos pedicellatos.

Femi-

Femina. *Cal.* nullus.

Cor. *Gluma* bivalvis. *Valvula* exterior duplo major, carinata, acuta; interior duplo longior, ovato-lanceolata, ariſtata.

Ariſta terminalis, capillaris, gluma ½ brevior.

Stam. nulla.

Germen oblongum. *Stylus* ſimplex, ſupra glumam 2-fidus. *Stigmata* villoſa, longa, alba.

Semen oblongum.

Maſculi. *Pedicellus*, longitudine floſculi feminei, ex glumis femineis ſurgit, maſculis duobus dimidio minoribus, brevibus.

Cal. o.

Cor. *Gluma* bivalvis. *Valvulæ* æquales, acuminatæ, muticæ.

Filamenta 3. longitudine valvularum. *Antheræ* oblongæ, luteæ, utrinque 2-furcæ.

Piſt. nullum.

Incolit graminoſa montium altiſſimorum Jamaicæ.

CENCHRUS. S. V. 906.

CENCHRUS *granularis*. S. V. 907. n. 8.

OBS. Characteri *Maniſuris* LINN. optime conveniens, ad hoc genus amandetur.

Maniſuris granularis. Prodr. p. 25.

VALANTIA. S. V. 908.

VALANTIA *hypocarpia*. S. V. l. c. n. 8.

DESCR. *Caulis* herbaceus 1-3-pedalis, laxus, ramoſus, 4-angularis, ſulcatus, ſcaber.

Rami oppoſiti, numeroſi, divaricati, ſubdiviſi, patuli, laxi, 4-angulares, hirſuti.

Folia ſtellata, 4-terna, ſeſſilia, parva, oblonga, integra, convexa, baſi ſuperne canaliculata, hirſuta hiſpida.

Flores pedunculati, axillares, parvi, lutei. (*Galii.*)

Pedunculi foliis breviores l. eorum longitudine, uniflori, nudi, pubeſcentes.

Cal. 4-phyllus, inferus, vix corolla major.

Foliola ovata, cum brevi acumine, hirta, ſcabra.

Cor. 1-petala, ad baſin 4-partita, rotata. *Laciniæ* ovatæ, acutæ, patulæ.

Filamenta 4, breviſſima, in diviſuris corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ, minutiſſimæ.

Germen ſuperum, minutum, 2-ſulcum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* 2-lobum, pellucidum.

Baccæ duæ connatæ, fulvæ, minutæ, monoſpermæ.

Semina ſubrotunda, albida, nitida.

Habitat in montibus frigidis Jamaicæ.

PARIETARIA. S. V. 908.

PARIETARIA *microphylla.* S. V. 909. n. 8.

Obs. Eſt ſpecies *Urticæ*, floribus dioicis.

♂. *Cal.* 4-fidus. *Stam.* 4.

♀. *Cal.* 2-valvis. *Stigma* ſeſſile, villoſum.

Urtica microphylla. Prodr. p. 37.

Deſcriptionem dedi in Act. nov. Stockholm. VIII. 1. p. 60.

CLU-

CLUSIA. S. V. 910.

Obs. Deſcriptiones Ill. Jacquini *(am. 270. ſeq.)* optimæ.

Flores C. roſeæ, *ſubinde albeſcunt.*

GOUANIA. S. V. 912.

GOUANIA *Domingenſis.*

Rhamnus ſarmentoſus, foliis ovatis venoſis, capſulis 3-gonis racemoſis. Brown. jam. 176. 4.

Descr. *Caulis* fruteſcens, ſarmentoſus, ramoſus, laxus, lævis.

Rami volubiles, folioſi, ſcandentes, pubeſcentes, cirro prope folia terminati.

Folia petiolata, ovata, alterna, leviter crenata, nervoſa, pubeſcentia, ſubvilloſa, mollia.

Stipulæ minutæ, oppoſitæ, lanceolatæ, ad baſin petiolorum emarcidæ, deciduæ.

Racemi axillares, ſimplices, longi, erecti, ſtricti, multiflori, pubeſcentes, incani.

Pedicelli breviſſimi, conferti, uniflori.

Flores vireſcentes, plures abortientes.

Cal. ſuperus, 5-dentatus, pubeſcens, perſiſtens, 5-gonus.

Cor. nulla. *Nectarium* monophyllum, 5-gonum, calyce minus, baſi calycis ad medium ipſius inſertum. *Squamæ* minutæ, convexæ, pedicellatæ, inter dentes calycis, pallidæ.

Filamenta 5. breviſſima, ſub ſquamulis recondita. *Antheræ* minutæ, luteæ, elaſtice erumpentes.

Germen ſubrotundum, inferum. *Stylus* longitudine calycis, ad medium 3-fidus. *Stigmata* ſimplicia.

Capſula ſubrotunda, calyce coronata, poſt aliquot dies 3-gona evadit, tandem 3-alata; matura 3-fariam dehiſcit; *loculamentis* 2-alatis, deciduis, 1-ſpermis. *Alæ* ovatæ, obtuſæ, craſſæ.

Semina oblonga, nigra, loculamentis non dehiſcentibus incluſa.

Incolit fruticeta arida Indiæ occidentalis. ♄

Hiſpaniolis Lianne à Savon, Jamaicenſibus *Chawſtick.*

Floret vere & autumno.

Uſus decocti in Gonorrhœa *familiaris.*

MIMOSA. S. V. 913.

MIMOSA *Inga.* S. V. l. c. n. 2.

M. foliis majoribus ovatis, per pinnas alatas & glandulatas diſpoſitis, floribus ſejunctis. Brown. jam. 253. 10.

Descr. *Arbor* 10-20-pedalis. *Truncus* ramique inermes.

Folia pinnata, alterna.

Foliola 5-juga, ſeſſilia, petiolo communi marginato ſubulato-coadunata, ovato-lanceolata, ſubintegra, nervoſa, venoſa, glabra.

Glandulæ ſolitariæ inter ſingula paria foliorum.

Pedunculi terminales, multiflori.

Flores ſubſpicati, majuſculi, albi.

Cal. 1-phyllus, 5-dentatus.

Cor. calyce duplo major, 5-dentata, viridi-alba.

Filamenta plurima, monadelpha, longiſſima, capillaria, alba. *Antheræ* minutæ.

Germen oblongum. *Stylus* filiformis. *Stigma* obtuſum.

Legu-

Legumen longum, compreſſo-angulatum, curvum, ſuturis 2-carinatis.

Habitat in India occidentali, *præſertim ad ripas fluviorum.* ♄ *Primo vere florens.*

MIMOSA *Unguis Cati.* S. V. 914. n. 7.

DESCR. Arbuſcula. *Caulis* ramoſus, inermis.

Rami ſubdiviſi, ſæpius inermes, cinerei, rugoſi. *Stipulæ* nullæ.

Folia 2-gemina. *Petiolus* 2-fidus: ſingulo terminato foliolis duobus, rarius 4.

Foliola cuneiformia, ovata, obtuſa, integra, parum obliqua, nervoſa, glabra.

Glandulæ ad diviſuram petioli & inter pinnas.

Pedunculi axillares & laterales, conferti, ſparſi, capitulo florum terminati.

Cal. 5-dentatus. *Cor.* 5-dentata, albida.

Filamenta numeroſa, monadelpha, corolla 3-plo longiora, capillaria, purpuraſcentia. *Antheræ* minutæ, ſimplices.

Germen oblongum, compreſſum, ſanguineum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* ſimplex.

Legumen compreſſum, horſum vorſum tortum, 5-6-ſpermum.

Semina compreſſiuſcula, atra, nitida, membranula coccinea adnata.

Incolit fruticeta maritima Jamaicæ. ♄

MIMOSA *ſcandens.* S. V. 915. n. 19.

DESCR. *Caulis* altiſſime ſcandens, 100-150-pedalis, ramis exclaviculatis, ſtriatis, ſtrictis, glabris.

Folia conjugata.

Petioli communes longi, oppoſiti, baſi incraſſati, teretes, glaberrimi, cirro terminati.

Pinnæ quadrijugæ, petiolatæ, oblongæ, apice obtuſæ, emarginatæ, nervoſæ, utrinque glabræ, nitidæ. *Glandulæ* nullæ.

Cirrus longus, erectus, apice 2-fidus.

Spicæ axillares, erectæ, longiſſimæ, multifloræ, floribus approximatis ſubſeſſilibus, parvis.

Cal. 5-dentatus, minimus.

Cor. 5-petala. *Petala* erecta, oblonga, parva, viridia.

Filamenta plura (20-24) lutea, e baſi corollæ, illa breviora. *Antheræ* globoſæ.

Germen oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, tortus. *Stigma* ſimplex.

Legumen maximum, longiſſimum, 6-8-pedale, latitudine 5-6 unciarum, compreſſum, varie contortum, 2-valve.

Semina plura, orbiculata, ſubcompreſſa, cortice duro, fuſco, nitido; *hilo* nigro.

Incolit ſylvas montium Indiæ occidentalis. ♄

Obs. *Perim kaku valli. Rheed. mal. 8. p. 59. t. 32. 33. 34.* hæc eadem planta.

Plurimi flores abortientes.

In India occidentali vulgo appellatur Cocoon.

MIMOSA *circinalis.* S. pl. R. 4. 341. 11. S. V. l. c. n. 13.

Obs. Exclude *Brown. jam. 253. 11.* quod eſt *M. aſperatæ l. c. 351. 37.* iterum citatum.

MIMOSA *arborea.* S. V. 915. n. 24.

Descr. *Arbor* excelſa. *Truncus* erectus, lævis, cortice cinereo.

Rami divergentes, deflexi, læves.

Folia 2-pinnata: *partialia* 12-juga.

Pe-

Petiolus univerſalis, teres, ſtriatus, ferrugineo-pubeſcens. *Partiales* ferruginei.

Glandulæ ſubrotundæ, concavæ, inter petiolos.

Squamulæ 2-fidæ, minutæ, ad baſin petiolorum partialium.

Pinnæ 16-18-jugæ, dimidiatæ, ſubſeſſiles, acutæ, integræ, glabræ.

Spicæ pedunculatæ, ſubglobofæ, *floribus* aggregatis ſeſſilibus, albis.

Pedunculi axillares, tenues.

Cal. 5-dentatus.

Cor. calyce 3-plo longior, *limbo* 5-dentato, carneo-alba.

Filamenta monadelpha, corolla duplo longiora, numeroſa. *Antheræ* minutæ, luteæ.

Germen oblongum, compreſſum. *Stylus* filiformis. *Stigma* ſimplex.

Legumen teretiuſculum, curvum, contortum, rubrum, 4-5-pollicare. *Valvulæ* interne ſanguineæ.

Semina ſphærica, atro-nitentia.

Incolit campos ſylvasque Jamaicæ. ♄

Vulgo Wild Tamarind.

MIMOSA *tortuoſa.* S. V. 916. n. 40.

Acacia americana, ſiliqua ventricoſa. Sloan. 2. p. 56.

DESCR. *Frutex.* *Caulis* ramoſus.

Rami diffuſi, ſubdiviſi, flexuoſi, læviuſculi, ſpinoſi, cortice brunneo.

Spinæ ſtipulares, geminæ, baſi fere connatæ, porrectæ, ſemi-pollicares.

Folia 2-pinnata, 3-4 ex uno puncto, alterna. *Partialia* 2-3-juga.

Pinnæ 12-16. lanceolatæ, obtuſiuſculæ, integræ, glabræ.

Petioli univerſales teretes, filiformes, rubeſcentes, uniglandulosi.

Partiales angulati.

Glandulæ ſolitariæ, brunneæ, in medio petiolorum univerſalium, infra foliola.

Flores pedunculati, capitati, lutei.

Pedunculi ſolitarii, ſupra ſpinas inter folia longitudine ſemipollicari, deflexi.

Cal. 5-dentatus.

Cor. 1-petala, 5-dentata, pallida.

Filamenta monadelpha, 20-24. capillaria, erecta, lutea. *Antheræ* minutæ, ſimplices.

Germen ovatum, minutum. *Stylus* capillaris. *Stigma* acutum.

Legumen corniculatum, teretiuſculum, toruloſum, baſi & apice attenuatum, roſtratum, nigrum.

Semina obovata, nigra, compreſſiuſcula.

Inter cutem externam Leguminis, membranamque internam ſemina ſeparantem, liquor, ſyrupi conſiſtentia & colore, continetur, graveolens, amarus, adſtringens.

Odor florum gravis. *Sapor* totius plantæ amarus. *Uſus* pro ſepibus.

Incolit campos arenoſos Jamaicæ. ♄

MIMOSA *pernambucana.* S. V. 915. 23.

Herba mimoſæ non ſpinoſæ leptomacroceratos ſeu ſpuria de pernambuca. Sloan. cat. 153. h. 2. p. 88.

MIMOSA *pigra* & *aſperata.* S. V. 917. n. 43. 44.

Obs. Sunt duæ varietates unius ſpeciei.

PI-

PISONIA. S. V. 920.

PISONIA *inermis*. S. pl. R. 4. 361. 2.

Obs. Ex ſolo nomine *Ammanni* determinanda. Figura enim *Horti malabarici* huc non ſpectat, nam plantam repræſentat ſpinoſam. Linnæus in Syſt. Nat. ed. XII. *Piſoniam inermem* Jacquini ad ſuam retulit, fructu baccato tamen diſtinctiſſimam; quæ ad *P. nigricantem (Prodr. p. 60.)* eſt amandanda.

FICUS. S. V. 921.

FICUS *pertuſa*. Suppl. p. 442. S. V. 922. 9.

Obs. Exclude ſynonymon *Plumieri (ic. p. 124. t. 132. f. 2.)* quod ad alteram ſpeciem pertinet, ſ. *F. americanam, prodr. p. 127.*

OPHIOGLOSSUM. S. V. 926.

OPHIOGLOSSUM *reticulatum*. S. V. l. c. 4.

O. ſpicatum, ſimplex, folio cordato. Brown. jam. 108.

OPHIOGLOSSUM *ſcandens*. S. V. l. c. n. 7.

Polypodium ſcandens, caule tereti glabro, foliis petiolatis anguſtis ſubſerrulatis, quandoque auritis, quandoque digitatis. Brown. jam. 100. 24.

OSMUNDA. S. V. 927.

OSMUNDA *criſpa.* S. V. 928. n. 19.

Obs. *Pteris heterophylla. Sp. pl. 1534. n. 91.* non eſt hujus ſynonymon, male a Linnæo huc allatum; differt enim evidenter ab illa, ſequentibus:

Frondibus ſupradecompoſitis l. 3-plicato-pinnatis, foliis inciſis; (nec frondibus 2-pinnatis, foliolis oblongis ſerratis:) frondibus fructiferis 3-pliciter diviſis (in ambabus) *pinnis anguſtis, fructificationibus approximatis* (nec angulatis ut in *P. heterophylla.*) Vid. obſ. in P. heterophyllam.

ACROSTICHUM. S. V. 928.

ACROSTICHUM *ferrugineum.* S. pl. R. 4. 386. 10.

Obs. Synonymon *Brownei (jam. 2. 105.)* ad ſequentem pertinet.

Vix niſi varietas *A. polypodiodis*, ſtipite lævi; ſtipes vero illius interdum nudus.

ACROSTICHUM *polypodioides.* S. V. l. c. n. 15.

Obs. Fructificationes diſtinctæ *polypodii*, hoc ab *Acroſticho* ſeparant. Maculæ fructiferæ ætate magis minusve confluentes, in fronde ſubtus incano-ſquamoſa. Vid. *Polypodium incanum. Prodr. p. 131.*

ACROSTICHUM *aureum.* S. V. l. c. 16.

A. maximum, uliginoſum, ſimplex, coſta craſſiori, foliis oblongis diſtichis integris. Brown. jam. p. 105. 4.

ACRO-

ACROSTICHUM *trifoliatum.* S. V. l. c. n. 24.

A. ſimplex, foliis lanceolatis irregulariter diſpoſitis, ſuperioribus ſingularibus, inferioribus geminatis & ternatis. Brown. jam. 106. 8.

ACROSTICHUM *ebeneum.* S. V. 930. n. 29.

Obs. Juniorem eſſe plantam *A. Calomelanos* L. ex ſynonymo *Sloanei* apparet.

ACROSTICHUM *marginatum.* S. V. 929. n. 21.

Obs. Eſt frons ſterilis *Pteridis grandifoliæ*, a ſola ſimilitudine frondis cum *A. ſorbifolii*, *Acroſtichum* a Linnæo dictum, qui fructificationes certe non vidit.

ACROSTICHUM *rufum.* S. V. 929. n. 17.

Aſplenium ſimplex villoſum, foliis lanceolatis ovatis, leviſſime crenatis, lineis fructificationis denſiſſime ſitis. Brown. jam. 93. 10.

ACROSTICHUM *ſanctum.* S. V. l. c. n. 22.

Obs. *Ad Polypodium* referendum. *Polypodium ſanctum. Prodr. p. 133.*

ACROSTICHUM *furcatum.* S. V. 930. n. 30.

Obs. Eſt ſpecies *Polypodii. Polypodium dichotomum. Prodr. p. 133. Thunb. flor. Jap.* Tab.

ACRO-

ACROSTICHUM *aculeatum.* S. V. 930. n. 31.

Obs. *Trichomanis* eſt ſpecies. *Trichomanes aculeatum. Prodr. p. 137.*

ACROSTICHUM *Calomelas.* S. V. l. c. 34.

A. erectum ramoſum, caule & ramis atronitentibus, fronde diviſa. Brown. jam. 107. 12.

A. ebeneum Linn. (vid. ſupra.)

PTERIS. S. V. 930.

PTERIS *grandifolia.* S. V. l. c. n. 8.

Acroſtichum marginatum L. (vid. ſupr.)

A. erectum, ſimplex, foliis oblongis & leniter undulatis. Brown. jam. 105. n. 6.

PTERIS 4-*foliata.* S. V. l. c. n. 6.

Obs. Eſt *Marſilea* minuta. *L. mant. 308.*

Non invenitur in America meridionali, *ſed* Indiæ orientalis *planta eſt.*

PTERIS *longifolia.* S. V. 931. n. 10.

P. ſimplex, foliis impetiolatis longis anguſtis auritis. Brown. jam. 90. 2.

Filix non ramoſa, longiſſimis anguſtis & ad baſin auriculatis foliis. Sloan.

PTERIS *vittata.* S. V. l. c. n. 11. S. pl. R. 4. 394. 10.

Obs.

Obs. Exclude ſynonymon *Sloanei*, cujus filix varietas eſt præcedentis. *Herb. Sloan.*

PTERIS *trichomanoides.* S. V. l. c. n. 13.

Acroſtichum ſimplex villoſum, foliis lanceolato-ovatis crenatis & ſubauritis petiolatis minimis. Brown. jam. 105. 7.

PTERIS *pedata.* S. V. l. c. n. 15.

P. minor ſimplex monophyllos, & lobatus, lobis profunde inciſis, laciniis lanceolatis. Brown, jam. 90. 1.

Obs. *Sibirica* certe diverſa.

PTERIS *caudata.* S. V. l. c. n. 18.

P. ramoſus, fronde rariori lobata, lobis linearibus auritis quandoque ſubdiviſis, terminalibus longioribus. Brown. jam. 91. 7.

PTERIS *mutilata.* S. V. l. c. n. 19.

P. ramoſus, foliis linearibus per pinnas alatas. Brown. 91. 8.

PTERIS *biaurita.* S. V. l. c. n. 21.

P. ſimplex, pinnis longis, in lobos anguſtos falcatos profunde ſectis, infima utrinque geminata. Brown. jam. 90. 4.

PTERIS *heterophylla.* Spec. plant. ed. 2. p. 1534.

P. ſeſquipedalis ramoſus, foliis minoribus oblongis ſerratis. Brown. jam. 91. 5.

Obs. Cum *Osmunda criſpa* a Linnæo mixta, ſed inter *Pterides* iterum reſtituenda. Fructificatio-

ASPLENIUM *trichomanoides.* S. V. l. c. n. 13.

Plum. fil. XXVI. t. B. f. 1.

ASPLENIUM *marginatum.* S. V. 934. n. 24.

Plum. fil. 88. t. 106.

ASPLENIUM *ſquamoſum.* S. V. 934. n. 25.

Plum. fil. 86. t. 103.

ASPLENIUM *ſtriatum.* S. V. 934. n. 26.
Plum. fil. 15. 16. t. 18. 19.

BLECHNUM. S. V. 931.

BLECHNUM *occidentale.* S. V. l. c. n. 1.

B. ſimplex, foliis amplioribus oblongis falcatis & impetiolatis. Brown. jam. 91. 1.

POLYPODIUM. S. V. 934.

POLYPODIUM *lycopodioides.* S. V. l. c. 2.

P. ſcandens, caule tereti hirſuto, foliis ſimplicibus lanceolatis, capſulis linealibus. Brown. jam. 97. 6.

POLYPODIUM *piloſelloides.* S. V. l. c. 3.

P. ſimplex, repens, foliis minoribus ovatis, capſulis ſparſis. Brown. jam. 97. 5.

POLY-

POLYPODIUM *craſſifolium.* S. V. l. c. n. 5.

P. acaule, foliis oblongis ſimplicibus, capſulis ſerialibus. Brown. jam. 1. 96.

Plum. fil. 107. t. 123. β. Plum. fil. 122. t. 124.

POLYPODIUM *criſpatum.* S. V. l. c. n. 13.

Plum. fil. 85. t. 102. B.

POLYPODIUM *aſplenifolium*, frondibus ſubpinnatis piloſis-pendulis, lobis ſemiovatis obtuſis, baſi ſurſum rotundatis, deorſum inferiore leviter coadunatis. S. V. l. c. n. 15.

Plum. fil. 85. t. 102. A.

POLYPODIUM *ſcolopendrioides.* S. V. 935. 16. S. pl. R. 4. 411. 13.

OBS. Exclude P. inciſuris aſplenii. *Plum. fil. 91.* quod ad *P. inciſum (prodr. p. 131.)* referri debet, cujus eſt *P. ſcolopendrioides. Spec. plant. ed. 1.*, ab illo (editionis 2dæ) *lobis rotundioribus magis coadunatis, infimis non remotis* diverſum.

POLYPODIUM *ſuſpenſum*, frondibus pinnatifidis ſubglabris petiolatis pendulis, lobis ſemiovatis acutiuſculis. S. V. 935. 14.

POLYPODIUM *Otites.* S. V. l. c. 19.

Plum. fil. 36. t. 85.

POLYPODIUM *pectinatum.* S. V. l. c. n. 20.

Plum. fil. 64. t. 83.

POLYPODIUM *ſtruthionis.* S. V. l. c. n. 22. S. pl. R. 4. 413.

Plum. fil. 64. t. 82.

Obs. Exclude *ejusdem 60. t. 78.*

POLYPODIUM *ſquamatum.* S. V. l. c. n. 23.

Plum. fil. 61. t. 79.

POLYPODIUM *alatum.* S. V. l. c. n. 25.

Plum. fil. 65. t. 84.

POLYPODIUM *loriceum.* S. V. l. c. n. 24.

Plum. fil. 60. t. 78.

POLYPODIUM *aureum.* S. V. 936. 28. S. pl. R. 4. 414. 24.

Plum. fil. 59. t. 76.

Obs. Exclude ſynon. *Sloanei h. 1. p. 75.*

POLYPODIUM *trifoliatum.* S. V. l. c. 30.

P. triphyllum, ſimplex, foliis majoribus margine quaſi laceratis, capſulis ſparſis. Brown. jam. 97. 7.

POLYPODIUM *exaltatum.* S. V. l. c. 32.

P. ſimplex, foliis lanceolatis integris baſi inæqualibus ſubauritis, petiolis breviſſimis, capſulis ſparſis. Brown. jam. 99. n. 14.

POLYPODIUM *unitum.* S. V. l. c. n. 34. S. pl. R. 4. 416. 30.

Obs. Excludenda ſunt Synonyma *Sloanei* & *Plukenetii*, quæ ad *P. Serram (prodr. p. 132.)* pertinent.

PO-

POLYPODIUM *triangulare.* S. V. 936. n. 35.
Plum. fil. 54. t. 72.

POLYPODIUM *cordifolium.* S. V. l. c. 36.
Plum. fil. 51. t. 71.

POLYPODIUM *reticulatum.* S. V. l. c. 39.
Plum. fil. t. 92.

POLYPODIUM *cicutarium.* S. V. l. c. 40. S. pl. R. 4. 418. 36.

Obs. Exclude ſynonyma *Plukenetii.*

POLYPODIUM *retroflexum.* S. V. 937. 45.
Plum. fil. 52. t. 68.

POLYPODIUM *leptophyllum.* S. V. 938. 61.

Obs. Vera ſpecies *Aſplenii*, & determinanda:

ASPLENIUM *leptophyllum*, frondibus bipinnatis, 3-pinnatifidisque, pinnis remotis, lobis cuneiformibus inciſis, fructificationibus ſolitariis.

POLYPODIUM *ſpinoſum.* S. pl. R. 4. 426. 60.

Obs. Eſt ſpecies *Pteridis*, indicante fructificatione marginali & figura *Plumieri.* *Pteris aculeata. Prodr. p. 129.*

POLYPODIUM *horridum.* S. V. 938. 69.
Plum. fil. 9. t. 5.

POLYPODIUM *pyramidale.* S. V. 938. 70.
Plum. fil. 42. t. 54.

POLYPODIUM *aſperum.* S. V. l. c. n. 71.
Plum. fil. 4. t. 3.

POLYPODIUM *muricatum.* S. V. l. c. 72.
Plum. fil. 29. t. 19.

POLYPODIUM *decuſſatum.* S. V. l. c. 74.
Plum. fil. 19. t. 24. 20. t. 25.

ADIANTUM. S. V. 939.

ADIANTUM *radiatum.* S. V. l. c. n. 4.
A. ramoſum, ramis ſimplicibus, ſummo caule radiatis. Brown. jam. 88. 6.

ADIANTUM *trilobum.* S. V. l. c. n. 8.
Plum. fil. 82. t. 99. C.

ADIANTUM *ſerrulatum*, fronde bipinnata; pinnulis deltoideo-oblongis ſerratis, fructificationibus ſolitariis ſuperioribus.
Frons eſt decompoſita, junior tantum pinnata. *Pluk. phyt. CCLIII. f. 1.*
Figura Sloanei *mala & ſimplex.*

ADIANTUM *3-foliatum.* S. V. 940. n. 12.
Plum. fil. 81. t. 99. B.

ADIANTUM *criſtatum.* S. pl. R. 4. 432. 15.

OBS.

Obs. Exclude ſynonyma *Plumieri* & *Sloanei*, quæ ad *A. villoſum* L. pertinent.

ADIANTUM *aculeatum.* S. pl. R. 4. 433. 18.

A. flavum ramoſiſſimum, aculeatum, ramulis & frondibus tenuiſſimis. Brown. jam. 99. 11.

Obs. Synonymon *Sloanei* ad *Trichomanes aculeatum (prodr. p. 137.)* referendum, olim *Acroſtichum aculeatum* L.

ADIANTUM *trapeziforme.* S. V. 940. n. 24.

A. erectum majus inordinate ramoſum, foliis amplioribus trapezoidibus cum acumine; caule ramis & petiolis atro-nitentibus. Brown. jam. 88. 8.

Obs. Synonyma Plum. & Plukeneti ad *A. tenerum (prodr. p. 135.)* pertinent.

ADIANTUM *hexagonum.* S. V. 940. 25.

Plum. fil. 84. t. 37.

Obs. Eſt *Pteris heterophylla* L. (vid. obſ.)

TRICHOMANES. S. V. 941.

TRICHOMANES *membranaceum.* S. V. l. c. 1.

Plum. fil. 83. t. 101. A.

TRICHOMANES *pyxidiferum.* S. V. l. c. n. 5.

Plum. fil. 74. t. 50. E.

TRICHOMANES *ſcandens.* S. V. l. c. n. 9.

T. majus ſcandens & ramoſiſſimum, fronde tenuiſſime diviſa. Brown. jam. 86. 3.

OBSERVATIO.

Ad *Trichomanes* adhuc relatæ fuerunt Filices omnes, quibus fructificationes ſolitariæ margini ipſi frondis inſertæ, l. ſtylis ſetaceis terminatæ; l. globulis repletæ; l. diphyllæ; quæ forſitan genera diverſa conſtituere poſſent.

LYCOPODIUM. S. V. 942.

LYCOPODIUM *cernuum.* S. pl. R. 4. 444.

OBS. Exclude ſynonymon PLUKENETII.

LYCOPODIUM *plumoſum.* S. pl. R. 4. 447.

Selago ramoſa repens & radiculoſa, ſpicillis quadratis. Brown. jam. 83. 1.

OBS. Lycopodium dichotomum taxiforme. *Dill. muſc. 471. t. 66. f. 9.*, eſt LYCOPODIUM *taxiforme.* AUBL.

FONTINALIS. S. V. 945.

FONTINALIS *pennata.* S. pl. R. 4. 453.

OBS. Sphagnum pennatum undulatum, vagina piloſa. *Dill. muſc. 249. t. 32. f. 7.* eſt diverſæ ſpeciei, ſc. *Fontinalidis criſpæ.* *Prodr. p. 138.*

POLYTRICHUM. S. V. 946.

OBS. *Polytrichum urnigerum* in Jamaica non provenit, ſed *P. convolutum (ſuppl. — prodr. p. 139.)* a LINNÆO pro illo receptum.

Enu-

Enumeratio

Muſcorum & Algarum Syſtematis vegetabilis L. in Jamaica alibique in Indiæ occidentalis locis occurrentium.

Musci.

Mnium *hygrometricum.*
ſerpillifolium.

Bryum *glaucum.*
albidum *). Tab. XI. fig. I.
carneum.
cæſpiticium.

Sphagnum *paluſtre.*

Hypnum *delicatulum.*
loreum.
ſericeum.
velutinum.
myoſuroides.
ſpiniforme. Tab. XI. fig. II.
undulatum.
filifolium.
gracile.

Algæ.

Jungerm. *bidentata.*
reptans.
complanata.
tamariſci.
ciliaris.
pinguis.
multifida.
furcata.

Marchant. *polymorpha.*
androgyna.
chenopoda.

Anthoceros *lævis.*

Lichen *ſcriptus.*
ſubfuſcus.
ſaxatilis.
ſtellaris.
ciliaris.
perlatus.
Leucomelas. Tab. XI. fig. III.
crocatus. Dill. muſc. t. 84. f. 12.

*) Brynm albidum L. a congeneribus differt periſtomate 8-dentato.

OSMUNDA. S. V. 927.

OSMUNDA *criſpa.* S. V. 928. n. 19.

Obs. *Pteris heterophylla. Sp. pl. 1534. n. 91.* non eſt hujus ſynonymon, male a Linnæo huc allatum; differt enim evidenter ab illa, ſequentibus;

Frondibus ſupradecompoſitis l. 3-plicato-pinnatis, foliis inciſis; (nec frondibus 2-pinnatis, foliolis oblongis ſerratis:) frondibus fructiferis 3-pliciter diviſis (in ambabus) *pinnis anguſtis, fructificationibus approximatis* (nec angulatis ut in *P. heterophylla.)* Vid. obſ. in P. heterophyllam.

ACROSTICHUM. S. V. 928.

ACROSTICHUM *ferrugineum.* S. pl. R. 4. 386. 10.

Obs. Synonymon *Brownei (jam. 2. 105.)* ad ſequentem pertinet.

Vix niſi varietas *A. polypodiodis*, ſtipite lævi; ſtipes vero illius interdum nudus.

ACROSTICHUM *polypodioides.* S. V. l. c. n. 15.

Obs. Fructificationes diſtinctæ *polypodii*, hoc ab *Acroſticho* ſeparant. Maculæ fructiferæ ætate magis minusve confluentes, in fronde ſubtus incano-ſquamoſa. Vid. *Polypodium incanum. Prodr. p. 131.*

ACROSTICHUM *aureum.* S. V. l. c. 16.

A. maximum, uliginoſum, ſimplex, coſta craſſiori, foliis oblongis diſtichis integris. Brown. jam. p. 105. 4.

ACRO-

ACROSTICHUM *trifoliatum.* S. V. l. c. n. 24.

A. ſimplex, foliis lanceolatis irregulariter diſpoſitis, ſuperioribus ſingularibus, inferioribus geminatis & ternatis. Brown. jam. 106. 8.

ACROSTICHUM *ebeneum.* S. V. 930. n. 29.

Obs. Juniorem eſſe plantam *A. Calomelanos* L. ex ſynonymo *Sloanei* apparet.

ACROSTICHUM *marginatum.* S. V. 929. n. 21.

Obs. Eſt frons ſterilis *Pteridis grandifoliæ*, a ſola ſimilitudine frondis cum *A. ſorbifolii*, *Acroſtichum* a Linnæo dictum, qui fructificationes certe non vidit.

ACROSTICHUM *rufum.* S. V. 929. n. 17.

Aſplenium ſimplex villoſum, foliis lanceolatis ovatis, leviſſime crenatis, lineis fructificationis denſiſſime ſitis. Brown. jam. 93. 10.

ACROSTICHUM *ſanctum.* S. V. l. c. n. 22.

Obs. *Ad Polypodium* referendum. *Polypodium ſanctum. Prodr. p. 133.*

ACROSTICHUM *furcatum.* S. V. 930. n. 30.

Obs. Eſt ſpecies *Polypodii. Polypodium dichotomum. Prodr. p. 133. Thunb. flor. Jap.* Tab.

ACRO-

ACROSTICHUM *aculeatum.* S. V. 930. n. 31.

Obs. *Trichomanis* eſt ſpecies. *Trichomanes aculeatum. Prodr. p. 137.*

ACROSTICHUM *Calomelas.* S. V. l. c. 34.

A. erectum ramoſum, caule & ramis atronitentibus, fronde diviſa. Brown. jam. 107. 12.

A. ebeneum Linn. (vid. ſupra.)

PTERIS. S. V. 930.

PTERIS *grandifolia.* S. V. l. c. n. 8.

Acroſtichum marginatum L. (vid. ſupr.)

A. erectum, ſimplex, foliis oblongis & leniter undulatis. Brown. jam. 105. n. 6.

PTERIS *4-foliata.* S. V. l. c. n. 6.

Obs. Eſt *Marſilea* minuta. *L. mant. 308.*

Non invenitur in America meridionali, *ſed* Indiæ orientalis *planta eſt.*

PTERIS *longifolia.* S. V. 931. n. 10.

P. ſimplex, foliis impetiolatis longis anguſtis auritis. Brown. jam. 90. 2.

Filix non ramoſa, longiſſimis anguſtis & ad baſin auriculatis foliis. Sloan.

PTERIS *vittata.* S. V. l. c. n. 11. S. pl. R. 4. 394. 10.

Obs.

Obs. Exclude ſynonymon *Sloanei*, cujus filix varietas eſt præcedentis. *Herb. Sloan.*

PTERIS *trichomanoides*. S. V. l. c. n. 13.

Acroſtichum ſimplex villoſum, foliis lanceolato-ovatis crenatis & ſubauritis petiolatis minimis. Brown. jam. 105. 7.

PTERIS *pedata*. S. V. l. c. n. 15.

P. minor ſimplex monophyllos, & lobatus, lobis profunde inciſis, laciniis lanceolatis. Brown, jam. 90. 1.

Obs. *Sibirica* certe diverſa.

PTERIS *caudata*. S. V. l. c. n. 18.

P. ramoſus, fronde variori lobata, lobis linearibus auritis quandoque ſubdiviſis, terminalibus longioribus. Brown. jam. 91. 7.

PTERIS *mutilata*. S. V. l. c. n. 19.

P. ramoſus, foliis linearibus per pinnas alatas. Brown. 91. 8.

PTERIS *biaurita*. S. V. l. c. n. 21.

P. ſimplex, pinnis longis, in lobos anguſtos falcatos profunde ſectis, infima utrinque geminata. Brown. jam. 90. 4.

PTERIS *heterophylla*. Spec. plant. ed. 2. p. 1534.

P. ſeſquipedalis ramoſus, foliis minoribus oblongis ſerratis. Brown. jam. 91. 5.

Obs. Cum *Osmunda criſpa* a Linnæo mixta, ſed inter *Pterides* iterum reſtituenda. Fructificatio-

cationes initio margine interruptæ, unde *Adiantum hexagonum L.* tantum hujus ſynonymon eſt; adultiores vero confluunt, margine reflexo tectæ. (Vid. obſ. in Osmundam, criſpam & Adiantum hexagonum.)

Ruta muraria major, foliis variis ſcilicet oblongis integris & ſubrotundis ſerratis. Sloan. jam. 21. h. 1. 92. t. 53. f. 2. huc pertinet.

HEMIONITIS. S. V. 932.

HEMIONITIS *lanceolata.* S. V. l. c. n. 1.

H. paraſitica acaulis, foliis longis anguſtis, utrinque productis. Brown. jam. 95. 1.

HEMIONITIS *palmata.* S. V. l. c. n. 3.

H. ſubhirſuta, monophylla, ſimplex, fronde palmato-lobata. Brown. jam. 95. 3.

LONCHITIS. S. V. 932.

LONCHITIS *hirſuta.* S. V. l. c. n. 1.

L. hirſuta, coſta ſimpliciter pinnata, lobis oblongis obtuſe crenatis. Brown. jam. 89. 3.

ASPLENIUM. S. V. 932.

ASPLENIUM *rhizophyllum.* S. pl. R. 4. 401. 1.

Obs. Excluditur *Phyllitis — Sloan. h. 1. 71. t. 26. f. 1.* quæ alia eſt ſpecies l. *Aſplenium proliferum. Prodr. p. 129.*

ASPLE-

ASPLENIUM *ſerratum.* S. V. 933. 5.

A. acaule, foliis ampliſſimis, margine inæquali & leniter ſerrato, petiolis angulatis & marginatis. Brown. jam. 92. 1.

ASPLENIUM *dentatum.* S. V. 933. n. 14.

A. minus ſimplex, foliis oblongis, margine inæquali crenato. Brown. jam. 93. 5.

ASPLENIUM *pygmæum.* S. V. 933. n. 17.

Obs. Delendum. Eſt planta junior ex *Aſplenio dentato.* (*Herb.* Linn.)

ASPLENIUM *rhizophorum*, frondibus bipinnatis, apice radicantibus, pinnis ſuperioribus repando-ſubauritis, ſupremis remotis integris. S. V. l. c. n. 18. S. pl. R. 4. 406. 17.

Obs. Planta junior ſimpliciter pinnata, adultior bipinnata.

Exclude *Lonchitis — Sloan. h. 1. p. 76. t. 30. f. 1.* & ad *Polypodium repens (prodr. p. 132.)* refer.

ASPLENIUM *marinum.* S. pl. R. 4. 405. 14.

Obs. Deleatur ſynonym. Brownei, quod eſt præcedentis.

Non invenitur in America, ſed *A. fragrans (prodr. p. 130.)* huic ſimilis.

ASPLENIUM *Ruta muraria.* S. V. 933. 20.

Plum. fil. XXIX. t. A. f. 3.

ASPLE-

ASPLENIUM *trichomanoides.* S. V. l. c. n. 13.

Plum. fil. XXVI. t. B. f. 1.

ASPLENIUM *marginatum.* S. V. 934. n. 24.

Plum. fil. 88. t. 106.

ASPLENIUM *ſquamoſum.* S. V. 934. n. 25.

Plum. fil. 86. t. 103.

ASPLENIUM *ſtriatum.* S. V. 934. n. 26.

Plum. fil. 15. 16. t. 18. 19.

BLECHNUM. S. V. 931.

BLECHNUM *occidentale.* S. V. l. c. n. 1.

B. ſimplex, foliis amplioribus oblongis falcatis & impetiolatis. Brown. jam. 91. 1.

POLYPODIUM. S. V. 934.

POLYPODIUM *lycopodioides.* S. V. l. c. 2.

P. ſcandens, caule tereti hirſuto, foliis ſimplicibus lanceolatis, capſulis linealibus. Brown. jam. 97. 6.

POLYPODIUM *piloſelloides.* S. V. l. c. 3.

P. ſimplex, repens, foliis minoribus ovatis, capſulis ſparſis. Brown. jam. 97. 5.

POLY-

POLYPODIUM *craſſifolium.* S. V. l. c. n. 5.

P. acaule, foliis oblongis ſimplicibus, capſulis ſerialibus. Brown. jam. 1. 96.

Plum. fil. 107. t. 123. β. Plum. fil. 122. t. 124.

POLYPODIUM *criſpatum.* S. V. l. c. n. 13.

Plum. fil. 85. t. 102. B.

POLYPODIUM *aſplenifolium*, frondibus ſubpinnatis piloſis-pendulis, lobis ſemiovatis obtuſis, baſi ſurſum rotundatis, deorſum inferiore leviter coadunatis. S. V. l. c. n. 15.

Plum. fil. 85. t. 102. A.

POLYPODIUM *ſcolopendrioides.* S. V. 935. 16. S. pl. R. 4. 411. 13.

Obs. Exclude P. inciſuris aſplenii. *Plum. fil. 91.* quod ad *P. inciſum (prodr. p. 131.)* referri debet, cujus eſt *P. ſcolopendrioides. Spec. plant. ed. 1.*, ab illo (editionis 2dæ) *lobis rotundioribus magis coadunatis, infimis non remotis* diverſum.

POLYPODIUM *ſuſpenſum*, frondibus pinnatifidis ſubglabris petiolatis pendulis, lobis ſemiovatis acutiuſculis. S. V. 935. 14.

POLYPODIUM *Otites.* S. V. l. c. 19.

Plum. fil. 36. t. 85.

POLYPODIUM *pectinatum.* S. V. l. c. n. 20.

Plum. fil. 64. t. 83.

POLYPODIUM *ſtruthionis.* S. V. l. c. n. 22. S. pl. R. 4. 413.

Plum. fil. 64. t. 82.

Obs. Exclude *ejusdem 60. t. 78.*

POLYPODIUM *ſquamatum.* S. V. l. c. n. 23.

Plum. fil. 61. t. 79.

POLYPODIUM *alatum.* S. V. l. c. n. 25.

Plum. fil. 65. t. 84.

POLYPODIUM *loriceum.* S. V. l. c. n. 24.

Plum. fil. 60. t. 78.

POLYPODIUM *aureum.* S. V. 936. 28. S. pl. R. 4. 414. 24.

Plum. fil. 59. t. 76.

Obs. Exclude ſynon. *Sloanei h. 1. p. 75.*

POLYPODIUM *trifoliatum.* S. V. l. c. 30.

P. triphyllum, ſimplex, foliis majoribus margine quaſi laceratis, capſulis ſparſis. Brown. jam. 97. 7.

POLYPODIUM *exaltatum.* S. V. l. c. 32.

P. ſimplex, foliis lanceolatis integris baſi inæqualibus ſubauritis, petiolis breviſſimis, capſulis ſparſis. Brown. jam. 99. n. 14.

POLYPODIUM *unitum.* S. V. l. c. n. 34. S. pl. R. 4. 416. 30.

Obs. Excludenda ſunt Synonyma *Sloanei* & *Plukenetii*, quæ ad *P. Serram (prodr. p. 132.)* pertinent.

PO-

POLYPODIUM *triangulare.* S. V. 936. n. 35.
Plum. fil. 54. t. 72.

POLYPODIUM *cordifolium.* S. V. l. c. 36.
Plum. fil. 51. t. 71.

POLYPODIUM *reticulatum.* S. V. l. c. 39.
Plum. fil. t. 92.

POLYPODIUM *cicutarium.* S. V. l. c. 40. S. pl. R. 4. 418. 36.

Obs. Exclude ſynonyma *Plukenetii.*

POLYPODIUM *retroflexum.* S. V. 937. 45.
Plum. fil. 52. t. 68.

POLYPODIUM *leptophyllum.* S. V. 938. 61.

Obs. Vera ſpecies *Aſplenii*, & determinanda:

ASPLENIUM *leptophyllum*, frondibus bipinnatis, 3-pinnatifidisque, pinnis remotis, lobis cuneiformibus inciſis, fructificationibus ſolitariis.

POLYPODIUM *ſpinoſum.* S. pl. R. 4. 426. 60.

Obs. Eſt ſpecies *Pteridis*, indicante fructificatione marginali & figura *Plumieri. Pteris aculeata. Prodr. p. 129.*

POLYPODIUM *horridum.* S. V. 938. 69.
Plum. fil. 9. t. 5.

POLYPODIUM *pyramidale*. S. V. 938. 70.
Plum. fil. 42. t. 54.

POLYPODIUM *aſperum*. S. V. l. c. n. 71.
Plum. fil. 4. t. 3.

POLYPODIUM *muricatum*. S. V. l. c. 72.
Plum. fil. 29. t. 19.

POLYPODIUM *decuſſatum*. S. V. l. c. 74.
Plum. fil. 19. t. 24. 20. t. 25.

ADIANTUM. S. V. 939.

ADIANTUM *radiatum*. S. V. l. c. n. 4.
A. ramoſum, ramis ſimplicibus, ſummo caule radiatis. Brown. jam. 88. 6.

ADIANTUM *trilobum*. S. V. l. c. n. 8.
Plum. fil. 82. t. 99. C.

ADIANTUM *ſerrulatum*, fronde bipinnata; pinnulis deltoideo-oblongis ſerratis, fructificationibus ſolitariis ſuperioribus.

Frons eſt decompoſita, junior tantum pinnata.
Pluk. phyt. CCLIII. f. 1.

Figura Sloanei *mala & ſimplex.*

ADIANTUM 3-*foliatum*. S. V. 940. n. 12.
Plum. fil. 81. t. 99. B.

ADIANTUM *criſtatum*. S. pl. R. 4. 432. 15.

OBS.

Obs. Exclude ſynonyma *Plumieri* & *Sloanei*, quæ ad *A. villoſum* L. pertinent.

ADIANTUM *aculeatum.* S. pl. R. 4. 433. 18.

A. flavum ramoſiſſimum, aculeatum, ramulis & frondibus tenuiſſimis. Brown. jam. 99. 11.

Obs. Synonymon *Sloanei* ad *Trichomanes aculeatum (prodr. p. 137.)* referendum, olim *Acroſtichum aculeatum* L.

ADIANTUM *trapeziforme.* S. V. 940. n. 24.

A. erectum majus inordinate ramoſum, foliis amplioribus trapezoidibus cum acumine; caule ramis & petiolis atro-nitentibus. Brown. jam. 88. 8.

Obs. Synonyma Plum. & Plukeneti ad *A. tenerum (prodr. p. 135.)* pertinent.

ADIANTUM *hexagonum.* S. V. 940. 25.

Plum. fil. 84. t. 37.

Obs. Eſt *Pteris heterophylla* L. (vid. obſ.)

TRICHOMANES. S. V. 941.

TRICHOMANES *membranaceum.* S. V. l. c. 1.

Plum. fil. 83. t. 101. A.

TRICHOMANES *pyxidiferum.* S. V. l. c. n. 5.

Plum. fil. 74. t. 50. E.

TRICHOMANES *ſcandens.* S. V. l. c. n. 9.

T. majus ſcandens & ramoſiſſimum; fronde tenuiſſime diviſa. Brown. jam. 86. 3.

OBSERVATIO.

Ad *Trichomanes* adhuc relatæ fuerunt Filices omnes, quibus fructificationes ſolitariæ margini ipſi frondis infertæ, l. ſtylis ſetaceis terminatæ; l. globulis repletæ; l. diphyllæ; quæ forſitan genera diverſa conſtituere poſſent.

LYCOPODIUM. S. V. 942.

LYCOPODIUM *cernuum.* S. pl. R. 4. 444.

OBS. Exclude ſynonymon PLUKENETII.

LYCOPODIUM *plumoſum.* S. pl. R. 4. 447.

Selago ramoſa repens & radiculoſa, ſpicillis quadratis. Brown. jam. 83. 1.

OBS. Lycopodium dichotomum taxiforme. *Dill. muſc. 471. t. 66. f. 9.*, eſt LYCOPODIUM *taxiforme.* AUBL.

FONTINALIS. S. V. 945.

FONTINALIS *pennata.* S. pl. R. 4. 453.

OBS. Sphagnum pennatum undulatum, vagina piloſa. *Dill. muſc. 249. t. 32. f. 7.* eſt diverſæ ſpeciei, ſc. *Fontinalidis criſpæ.' Prodr. p. 138.*

POLYTRICHUM. S. V. 946.

OBS. *Polytrichum urnigerum* in Jamaica non provenit, ſed *P. convolutum (ſuppl. — prodr. p. 139.)* a LINNÆO pro illo receptum.

Enu-

Enumeratio

Muſcorum & Algarum Syſtematis vegetabilis L. in Jamaica alibique in Indiæ occidentalis locis occurrentium.

Musci.

Mnium *hygrometricum.*
ſerpillifolium.

Bryum *glaucum.*
albidum *). Tab. XI. fig. 1.
carneum.
cæſpiticium.

Sphagnum *paluſtre.*

Hypnum *delicatulum.*
loreum.
ſericeum.
velutinum.
myoſuroides.
ſpiniforme. Tab. XI. fig. II.
undulatum.
filifolium.
gracile.

Algæ.

Jungerm. *bidentata.*
reptans.
complanata.
tamariſci.
ciliaris.
pinguis.
multifida.
furcata.

Marchant. *polymorpha.*
androgyna.
chenopoda.

Anthoceros *lævis.*

Lichen *ſcriptus.*
ſubfuſcus.
ſaxatilis.
ſtellaris.
ciliaris.
perlatus.
Leucomelas. Tab. XI. fig. III.
crocatus. Dill. muſc. t. 84. f. 12.

*) Bryum albidum L. a congeneribus differt periſtomate 8-dentato.

Lichen *calicaris.*
glaucus.
prunaſtri.
caninus.
cocciferus.
digitatus.
furcatus.
ſubulatus.
rangiferinus.

Lichen *plicatus.*
floridus.

Tremella *juniperina.*
Noſtoc.
purpurea.

Collema. Brown. j. 80.

Obs. Locis umbroſis humidis verſus culmina montium Indiæ occidentalis, inter nubes occultata, præcipue vigent virentque Cryptogamæ numeroſæ, quarum ſpecies plures incognitæ in *Prodromo* exſtant.

FUCUS *natans.* S. V. 965. 2.

Fucus caule tereti ramoſiſſimo, foliis oblongis ſerrato-dentatis, veſiculis globoſis. Brown. jam. 72. 3.

F. ramoſus, foliis oblongis anguſtis ſerratis, capſulis natantibus ſtylo ornatis. Brown. jam. 72. 4.

ULVA *pavonia.* S. V. 972. 1.

Fucus membranaceus brevis, lobatus, circulis concentricis notatus. Brown. jam. 71. 1.

BOLETUS *ſanguineus.* S. V. 977. 7. Tab. XI. fig. IV. a. b.

Poria miniata, ſuperne glabra. Brown. jam. 76. 2.

Obs. Diverſiſſimus a *B. cinnabarino Jacq. flor. Auſtr. t. 304.* quocum, ut videtur a Batschio & Schkuhrio (*Wittenberg. Wochenblat 1788. N. 32. S. 256.*) mixtus. Differt vero Figura *reniformi,* habitu *membranaceo* & *compreſſo* — colore

lore *utrinque ſanguineo, ſubtus quidem dilutiori,* poris *impalpabilibus.*

In ſola India occidentali occurrit. Nigris junior commeditur, Jonjo dictus.

COCOS. S. V. 985.

COCOS *nucifera.*

Palma ſpadicibus alaribus; fructu maximo; caudice ſubæquali, cicatriculis circularibus ſcabro; foliis enſiformibus replicatis, pinnatis. Brown. jam. 341. 1.

COCOS *Guineenſis;* ſpinoſa tota, ſpinis ſetaceis, frondibus diſtantibus, radice repente.

Palma, pinnis inferne vaginantibus, caudice tereti aculeatiſſimo, fructu minori. Brown. jam. 343. 4.

Bactris minor. Jacq. am. 279. t. 171. f. 1. deſcriptio optima.

OBS. Cal. flor. maſc. *interdum 3-phyllus.* Foliola *lanceolata, acuminata, petalis multoties minora.*

Corolla *3-quetra, ſæpe ad baſin fere 3-partita, inſtar Corollæ 3-petalæ.*

In floribus femineis idem occurrit.

Jamaicenſibus: Prickly Pole.

PHOENIX. S. V. 985.

PHOENIX *dactylifera.*

Palma ſubcinerea, foliis brevioribus pinnatis, quaſi modo confertis, infimis breviſſimis, & in ſpinas quaſi redactis. Brown. jam. 344. 8.

ARECA, S. V. 986.

ARECA *oleracea.*

Palma pinnis inferne vaginantibus, caudice æquali annulato, fructu minori. Brown. jam. 343. 3.

Palma altiſſima non ſpinoſa, fructu pruniformi minori, &c. Sloan. cat. 176. h. 2. t. 215.

EX-

EXPLICATIO TABULARUM.

Tab. I. Fig. I. SALVIA *dominica*. L. planta naturali magnitudine *).

a. Flos magn. aucta.

b. Corolla.

c. Eadem magis aperta, inſertionem ſtam. oſtendens.

Fig. II. PEPLIS *tetrandra Linn. Hedyotis tuberoſa* noſtr. m. n.

a. Flos. m. a.

b. Calyx 8-fidus. m. a.

c. Corolla.

d. Capſula paulum aucta.

e. Eadem valvulis dehiſcentibus.

f. Figura Seminum.

Tab. II. Fig. I. PASPALUM *diſtichum* L. m. n.

a. Flos. m. a.

Fig. II. ARISTIDA *americana*. L. m. n.

a. Floſculus oculo armato viſus.

Tab. III. Fig. I. MACROCNEMUM *jamaicenſe*. L. ramulus. m. n.

a. Flos. m. n.

b. Capſula. m. n.

c. Eadem parum aucta.

d. Ea-

*) m. n. ſignif. magnitud. natur. m. a. magnit. lente aucta.

d. Eadem valvulis externe dehiſcentibus. (Charact. generis.)

Fig. II. OPHIORRHIZA *Mitreola*. L. m. n.

a. Flos. m. a.]
b. Corolla longitudinaliter fiſſa, fauce villoſa, ſtam. conniventibus.
c. Stamen. m. a.
d. Piſtillum ſtylis duobus ſtigmat. penicillatis. m. a.
e. Capſula. f. Eadem. m. a.
g. Semina. h. magnitudine naturali.

Tab. IV. Fig. I. ITEA *Cyrilla* noſtr. *Cyrilla racemiflora* Linn. ramulus m. n.

a. Flos inapertus. b. Flos patens m. a.
c. Piſtillum m. a.
d. Capſula m. a.
e. Eadem transverſe ſciſſa.

Fig. II. BRUNFELSIA *americana*. L.

a. Flos. m. n.
b. Calyx. m. a.
c. Flos, tubo latere fiſſo, ſitum genitalium indicans. m. a.
d. Stamen. e. Piſtillum. m. a.
f. Fructus transverſe ſciſſus. m. n.

Tab. V. Fig. I. HILLIA *longiflora* noſtr. H. *Paraſitica*. L. Ramus flori- & fructiferus. m. n.

a. Capſula valvulis dehiſcentibus m. n.
b. Eadem transverſe ſciſſa.

c. Se-

c. Semen pappo capillari. m. n.
d. Idem m. c.

Fig. II. HELICONIA *Bihai.* L.
a. Flos. m. n.
b. Flos. m. a.
c. Corolla explicata. m. a.
d. Fructus trilocularis. m. n.

Tab. VI. Fig. I. HEDYSARUM *triflorum.* L. m. n.
a. Particula Rami trigoni. m. a.
b. Calyx m. a.
c. Flos. m. a.

Fig. II. POLYGALA *paniculata.* L. m. n.
a. Flos. m. n.
b. Piſtillum. m. a.
c. Capſula. m. a. d. Eadem transverſe disſciſſa.
e. Eadem valvulis dehiſcentibus.
f. Semen. m. a.

Tab. VII. Fig. I. SYMPLOCOS *martinicenſis.* L. Ramulus. m. n.
a. Calyx, corolla exemta.
b. Corolla. m. a.
c. Eadem magis aucta, fiſſa, inſertionem filament. 4-plicem indigitans.
d. Fructus. m. n. e. transverſe viſus.

Fig. II. DORSTENIA. L.
a. Receptaculum cum floribus inſidentibus. m. n.
b. Idem valde auctum.

c. Flos

c. Flos maſculus. d. Flos femineus. m. a.
e. Piſtillum germine & ſtylo 2-fido. m. a.
f. Semen. m. a. g. Idem. m. n.

Tab. VIII. Fig. I. VERBESINA *mutica*. L m. n.
a. Flos hermaphroditus. b. Corolla m. a.
c. Genitalia. m. a.
d. Flos femineus. m. a.
e. Semen radii. m. a. f. Semen diſci. m. n.
g. Semen femineorum.

Fig. II. ERIGERON *jamaicenſe*. L. m. n.
a. Flos hermaphroditus. m. a.
b. — femineus. m. a.
c. Semen Pappo piloſo. m. a.
d. Idem. m. n.

Tab. IX. ORCHIS *Habenaria*. L. m. n.
a. Flos lente auctus.

Tab. X. Fig. I. Flos XYLOPHYLLÆ.
a. Flos hermaphroditus hexandrus. m. a.
b. Flos maſculus triandrus. m. a.
c. Flos femineus. m. a.
d. Piſtillum. e. Stamen. m. a.
f. Capſula. m. a. g. Semina. m. a.

Fig. II. Flos RONDELETIÆ.
a. b. Flores. m. n.
c. Flos magnitudine auctus, apertus.
d. Ca-

d. Capſula m. n.
e. Capſulæ valvulæ duæ m. n.
f. Capſula dehiſcens, m. n.

Fig. III. Flos PETIVERIÆ.

a. Flos. m. a. Stam. 7. Piſtillo laterali.
b. Stamen. c. Piſtillum. m. a.
d. Semen. m. n.
e. Idem. m. a. cum glochidibus olim pro ſtylis habitis.
f. Semen transverſe ſciſſum.
g. Seminuli forma. m. a.

Fig. IV. Flos PHYLLANTHI.

a. Flos maſculus. P. Niruri, Emblicæ &c. m. a.
b. Stamen. m. a.
c. Flos maſc. P. Conami. (prodr.) m. a.
d. Flos femineus. m. a.
e. Piſtillum auctum.
f. Capſula. m. a. Semina.

Fig. V. CISSAMPELOS. (Pareiræ.)

a. Flos inapertus. m. a.
b. Flos maſculus inapertus. m. a.
c. Nectarium c. ſtamine columnari & anthera 4-fida. m. a.
d. Flos femineus. m. a.
e. Idem magis auctus.
f. Drupa. m. n. g. Semen. m. n.
h. Idem transverſe viſum biloculare.

Fig. VI. Flos OMPHALEÆ. (triandræ L. O. nuciferæ noſtr.)

a. Flos maſculus. m. n.
b. Flos. maſculus. m. a.

c. Ne-

c. Nectarium cum ſtam. & anthera 3-fida. m. a.
d. Filamentum cum anthera. m. a.
e. Flos femineus m. n. f. lente auctus.
g. Drupa 3-locularis transverſe viſa.
h. Eadem integra. m. n.
h. Forma nucis. m. n.
k. Nucleus cotyledonem ſiſtens. m. n.

Tab. XI. Fig. I. BRYUM *albidum* L.
a. b. Muſcus m. n. c. Ramulus. m. a.
d. Capſula. m. a.
e. Eadem magis aucta, periſtomate 8-dentato.

Fig. II. HYPNUM *ſpiniforme* L.
a. Muſcus. m. n.
b. Ramulus auctus.
c. Foliolum, margine & carina denticulata.
d. Capſula m. a.
e. Eadem magis aucta. Periſtomate externo dent. 16. patentibus: int. membrana reticulata denticulata.

Fig. III. LICHEN *Leucomelas* L. m. n.

Fig. IV. BOLETUS *ſanguineus*. L.
a. Fungus ſuperne viſus.
b. Pagina inferior.

INDEX

INDEX GENERUM
IN QUORUM SPECIES OBSERVATIONES EXHIBENTUR.

Abrus 276
Acalypha 363
Achras 128
Achyranthes 100
Acroſtichum 394
Adiantum 404
Aeſchynomene 283
Aeſculus 140
Agave 128
Ageratum 301
Agroſtis 38
Albuca 126
Aliſma 139
Allium 125
Allophylus 144
Alpinia 4
Alſine 118
Alſtonia 208
Amaranthus 360
Amaryllis 124
Ambroſia 359
Ambroſina 318
Amellus 310
Ammania 51
Amomum 1
Amyris 148
Andropogon 382
Annona 220
Anthemis 309
Anthoceros 407
Apluda 384
Aquartia 47
Arachis 279
Aralia 119
Areca 410
Ariſtida 40
Ariſtolochia 340
Arnica 307
Arum 318. 345
Aſclepias 106
Aſcyrum 294
Aſpalathus 277
Aſplenium 398
Atropa 81
Avicennia 248
Ayenia 318

Ballota	225	Canella	189
Baniſteria	181	Capparis	208
Batis	373	Capraria	239
Bauhinia	155	Cardioſpermum	152
Begonia	362	Carduus	296
Bellonia	69	Carex	348
Besleria	231	Carica	378
Bidens	296	Carolinea	257
Bignonia	232	Caſſia	156
Blakea	188	Caſſine	112
Blechnum	400	Catesbæa	46
Bocconia	187	Caturus	372
Bærhaavia	8	Celaſtrus	93
Boletus	408	Celoſia	100. 376
Boſea	110	Celtis	92
Bromelia	120	Cenchrus	385
Brownea	256	Ceratophyllum	362
Brunfelſia	90	Cerbera	102
Bryum	407	Ceſtrum	84
Bucida	180	Chalcas	171
Budlæa	47	Chamira	251
Buphthalmum	315	Cheiranthus	251
Burſera	130	Chiococca	76
		Chryſobalanus	203
Cacalia	165	Chryſocoma	303
Cactus	298	Cinchona	71
Cæſalpinia	198	Cineraria	306
Calea	302	Ciſſampelos	380
Calla	318	Ciſſus	48
Calodendrum	169	Citharexylon	234
Calophyllum	216	Citrus	292
Canarina	136	Cleome	252

Cle-

Clethra	153	Cyrilla	94
Cleyera	207	Cytiſus	283
Clinopodium	226		
Clitoria	282	Dianthera	13
Cluſia	387	Dictamnus	169
Clutia	381	Dioſcorea	378
Cocos	409	Dodonæa	150
Coffea	75	Dolichos	281
Columnea	248. 232	Dorſtenia	51
Combretum	143	Dracontium	318
Commelina	28	Duranta	246
Comocladia	25		
Conocarpus	79	Echites	103
Convallaria	127	Eclipta	311
Convolvolus	62	Ehretia	87
Conyza	304	Elephantopus	315
Corchorus	219	Epidendrum	324
Cordia	86	Erigeron	305
Coſtus	3	Erithalis	80
Cotula	309	Eryngium	110
Craniolaria	229	Erythroxylon	184
Cratæva	191	Ethulia	298
Creſcentia	234	Eugenia	201
Crinum	124	Evolvolus	118
Crotalaria	278	Eupatorium	298
Croton	363	Euphorbia	194
Cupania	364		
Curcuma	7	Ferraria	332
Cuſcuta	54	Feuillea	377
Cynomorium	345	Ficus	393
Cynoſurus	40	Fontinalis	406
Cyperus	29	Fucus	408
Cypripedium	322	Fuirena	34

Gardenia 61. 81. 84
Genipa 84
Geſneria 227
Gomphræna 108
Gordonia 271
Goſſypium 265
Gouania 387
Gratiola 15
Grewia 318
Grias 215
Guarea 146
Guajacum 168
Guettarda 361
Guilandina 167
Guſtavia 257

Hæmatoxylon 170
Hamellia 77
Hedyotis 51
Hedyſarum 285
Helianthus 315
Heliconia 96
Helicteres 318. 345
Heliotropium 54
Hemionitis 398
Hibiſcus 269
Hieracium 295
Hillia 134
Hippocratea 27
Hippomane 369
Hiræa 184
Hirtella 94
Holcus 384

Holoſteum 118
Hudſonia 192
Hyacinthus 127
Hydrocotyle 111
Hydrolea 109
Hypnum 407
Hypochœris 295
Hypoxis 124. 126

Jacquinia 85
Jatropha 366
Illecebrum 101
Indigofera 290
Ipomæa 65
Ireſine 376
Iſnardia 51
Itea 93
Jungermannia 407
Juſſieua 172
Juſticia 12
Ixora 47

Kleinhovia 318
Kyllinga 32

Lachenalia 128
Laetia 219
Lantana 236
Laſerpitium 112
Lavatera 263
Laurus 152
Leontice 127
Leontodon 295

Lepi-

Lepidium 251
Lichen 408
Limodorum 322
Liſianthus 60
Lobelia 317
Lonchitis 398
Loranthus 132
Ludwigia 51
Lycopodium 406
Lythrum 193

Macrocnemum 68
Malachra 262
Malpighia 180
Malva 262
Mammea 214
Manettia 53
Maniſuris 385
Maranta 7
Marchantia 407
Marcgravia 205
Martynia 230
Matthiola 81
Medicago 291
Melaſtoma 173
Melia 171
Melicocca 144
Melochia 255
Melothria 27
Menyanthes 58
Meſembryanthemum 204
Milium 37
Mimoſa 388
Mnium 407
Mollugo 43
Morinda 78
Moriſonia 272
Muntingia 211
Muſa 381
Muſſænda 81
Myginda 48
Myrica 374
Myrtus 201
Myriſtica 217

Nama 109
Nepeta 224
Nerium 103
Nigrina 52

Ochna 214
Oenothera 141
Oldenlandia 51
Olyra 346
Omphalea 349
Ophiorrhiza 59
Ophiogloſſum 393
Orchis 319
Osbeckia 174
Osmunda 394
Oviedа 248
Oxalis 186

Pancratium 124
Panicum 35
Parietaria 386

Parkinſonia	155	*Pothos*	318
Parthenium	360	*Prinos*	132
Paſpalum	35	*Pſychothria*	74
Paſſiflora	332	*Pteris*	396
Patagonula	87	*Pterocarpus*	275
Paullinia	151	*Punica*	203
Pectis	307		
Peplis	136	*Randia*	61
Perdicium	307	*Rhacoma*	48
Peteſia	47	*Rhamnus*	91
Peucedanum	111	*Rhizophora*	188
Petiveria	137	*Rhododendrum*	178
Phalaris	34	*Rhodora*	178
Phaſeolus	280	*Rhus*	112
Phormium	128	*Ricinus*	366
Phœnix	409	*Rivina*	54
Phyllanthus	354	*Rondeletia*	66
Phytolacca	186	*Rottbœlla*	42
Pinus	363	*Rubus*	205
Piper	19	*Rudbeckia*	315
Piſcidia	276	*Ruellia*	243
Piſonia	393		
Piſtia	343	*Salvia*	18
Plinia	203	*Samara*	51
Plumbago	61	*Samyda*	178
Plumeria	106	*Sapindus*	152
Poa	39	*Satureja*	226
Poinciana	165	*Satyrium*	320
Polygala	272	*Scævola*	70
Polypodium	400	*Schœnus*	29
Polytrichum	406	*Scirpus*	31
Pontederia	123	*Securidaca*	274
Portlandia	69		

Sera.

Serapias	322	*Theobroma*	291
Seſamum	246	*Theophraſta*	58
Seſuvium	204	*Tillandſia*	121
Sherardia	46	*Tinus*	153
Sibthorpia	241	*Tournefortia*	56
Sicyos	371	*Tradeſcantia*	123
Sida	257	*Tragia*	353
Sideroxylon	91	*Tremella*	408
Silphium	315	*Tribulus*	171
Siſymbrium	251	*Trichilia*	171
Siſyrinchium	332	*Trichomanes*	405
Sloanea	212	*Trifolium*	290
Solandra	262	*Triopteris*	183
Solanum	82	*Triumfetta*	192
Solidago	306	*Trophis*	372
Sonneratia	203	*Turnera*	116
Sophora	154	*Tuſſilago*	305
Spermacoce	43	*Typha*	346
Sphagnum	407		
Stemodia	242. 240	*Ulva*	408
Sterculia	369	*Unona*	224
Stipa	42	*Urena*	263
Strumpfia	316	*Urtica*	355
Suriana	185		
Symplocos	293	*Valantia*	385
		Varronia	87
Tacca	127. 198	*Verbena*	16
Tamarindus	24	*Verbeſina*	312
Ternſtrœmia	206	*Viola*	318
Tetracera	220	*Viſcum*	374
Thalia	8	*Vitis*	95

Wal-

Waltheria	254	*Xylophylla*	112
Weinmannia	151	*Xylopia*	318. 345
Ximenia	149	*Zanthoxylum*	375

Pag. 304. præfigatur primæ lineæ :

CONYZA. S. V. 752.

Digitized by Google

5 - 111 406

Google

Tab. I.



a. b c.

d. e. f.

YOTIS tuberoſa.
is tetrandra LINN.

Volckart ſc.

Tab. III.



O[illegible] Jamaicenſe.

Swart[illegible] Volckart sc.

Tab. IV.



SIA americana.

S

Volckart ſc.

[illegible] Google


Tab. V.



LLIA Longiflora

Swa

Tab. VI.



HEDLA paniculata.

Swartz *Volckart sc. Norib.*

Tab. VII.

S

DORSTENIA

Swa

Volckart sc. Norib.

Tab. VIII.

d e f g

ER mutica.

Swartz Volckart ſc.

Tab.IX.



Swart *I.C. Boek sc.*


Tab. X.



Swartz *Volckart ſc.*

Digitized by Google

Tab. XI.



I. C. Bock ſc.

Z

Digitized by Google

00566972 0
Digitized by Google

KONSERVIERT DURCH
ÖSTERREICHISCHE FLORENZHILFE
WIEN

by Google